

**H**omelia diuersorum auctorum in euāgelia quæ cātantur diebus dominicis in re diuina iuxta consuetudinem Romanæ ecclesiæ.



Segmentum ex euangelio lucæ capite. xxi. quod canitur dominica **P**rima aduentus.

**I**tem illi tempore: **D**ixit iesus discipulis: **E**rit signa in sole & luna & stellis & in terris pressura gentium præ cōfusione sonitus maris & fluctuum: arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient uniuerso orbi. **N**am uirtutes calorum mouebuntur. **E**t tunc uidebūt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. **H**is autem fieri incipientibus respicite & leuate capita uestra quoniā appropinquat redēptio uestra. **E**t dixit illis similitudinem. **V**idete ficulneam et oēs arbores cum producūt iam ex se fructum: scitis quoniam prope est æstas. **I**ta et uos cum uideritis hæc fieri: scitote quoniā prope est regnū dei. **A**men dico uobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. **C**ælum & terra transibūt: uerba autem mea non transibunt. & reliqua.

**H**omelia beati gregorii papæ de eadem lectione  
dominus ac redēptor noster paratos nos  
inuenire desiderat senescentem mūdum  
quæ mala sequatur: denūciat. ut nos ab

eius amore compescat: appropinquate eius termi  
 no quanta percussiones perueniant innotescit: ut si  
 deum metuere in terra tranquillitate uolumus: uicinum  
 eius iudicium uel percussionibus atriti timeamus. In  
 iceni lectioni facti euangelii quam modo uestra fra  
 ternitas audiuit: paulo superius dominus promisit  
 dicens. Surget gens contra gentem: & regnum aduer  
 sus regnum: & erunt terremotus magni per loca. &  
 pestilentia. et fames. et quibusdam interpositis: hoc  
 quod modo audistis adiunxit. Erunt signa in sole &  
 luna & stellis: & in terris pressura gentium pro confu  
 sione sonitus maris & fluctuum. Ex quibus profe  
 cto omnibus alia iam facta cernimus: alia e proxi  
 mo uentura formidamus. Nam gentem super gentem  
 exurgere: earumque pressuram terris insistere: plus iam  
 in nostris tribulationibus quam in codicibus legi  
 mus. Quod terremotus urbes innumeras subruat  
 ex aliis mundi partibus scitis quam frequenter audi  
 uimus. pestilentias sine cessatione patimur. signa  
 uero in sole & luna & stellis adhuc aperte minime  
 uidemus: sed quia & haec non longe sint: ex ipsa iam  
 aeris immutatione colligimus. Quamuis priusquam  
 in talia gentili gladio ferienda traderetur: igneas  
 in caelo iam uidimus acies ipsum qui postea humani  
 generis fusus est sanguinem choruscantes. Contra  
 autem maris & fluctuum nec dum noua exorta est. Sed  
 cum multa iam praenunciata completa sint: dubium non

eam uol  
 die in ge  
 titi  
 possunt  
 in respondet  
 nro pte q  
 in nome  
 col. si uat

in crucifati  
 me su fican  
 7.

est quod sequantur etiã pauca quæ restât. Quia  
 sequentium rerum certitudo est præteritarum ex  
 hibitio. Hæc fratres charissimi idcirco diximus:  
 ut ad cautelã <sup>o. 7. a.</sup> studium uestra mentes euigilët: ne  
 securitate torpeât: ne ignorãtia lãguescât: sed se  
 per eas & timor sollicitet i bono opere: & sollicitu  
 do confirmet: pensantes hoc quod redemptoris no  
 stri uoce subiugitur. Arescētibus hominibus præ  
 timore & expectatione quæ supuenient uniuerso  
 orbi. Nam uirtutes cælorum mouebuntur. Quid  
 enim <sup>q.</sup> uirtutes cælorum nisi angelos. archangelos  
 thronos. dominationes. præcipatus. & potestates.  
 appellat: Quæ in aduentu <sup>o. 1. a.</sup> districti <sup>o. 1. a.</sup> iudicis nostris  
 tunc oculis uisibiliter apparebunt: ut districte a no  
 bis exigant hoc: quod nos modo inuisibilis condi  
 tor æquanimiter portat. Vbi & subditur. Et tunc  
 uidebunt filium hominis uenientem in nubibus in  
 potestate magna & maiestate. ac si aperte dicere  
 tur. in potestate magna et maiestate uisuri sunt:  
 quem in humilitate positum audire noluerunt: ut  
 uirtutem eius tanto tunc districtius sentiant: quã  
 to nunc ceruicem cordis ad eius <sup>o. 1. a.</sup> patientiam non  
 inclinât. Sed quia hæc contra <sup>o. 1. a.</sup> reprobros dicta sūt  
 mox ad electorũ consolationem uerba uertuntur.  
 Nam subditur. <sup>o. 1. a.</sup> his autem fieri incipientibus: respi  
 cite & leuate capita uestra: quoniã appropinquat  
 redemptio uestra. ac si aperte discipulos suos am

moneat dicens. cum plagæ mundi crebescūt: cū  
terror iudicii uirtutibus commotis ostenditur: le  
uate uos capita: id est exhylarate corda uestra: q̄a  
dum finitur mundus cuius amici non estis: prope  
fit redemptio quā quæstistis. In scriptura etenim  
sacra saepe. caput pro mente accipitur: quia sicut  
capite reguntur membra: ita cogitationes mente  
disponuntur. Leuare itaque capita est mentes no  
stras ad gaudia patriæ cælestis erigere. qui ergo  
deum diligunt ex fine mūdi gaudere atque hyla  
rescere iubentur: quia eum quem amant mox in  
ueniunt: dum transit is quem non amauerūt. Ab  
sit enim ut fidelis quisque qui deum uidere desi  
derat: de mundi percussionibus lugeat: quem fi  
nire eisdem suis percussionibus nō ignorat. scrip  
tum namque est. Quicūque uoluerit amicus esse  
huius sæculi: inimicus dei constituitur. Qui ergo  
appropinquante mundi fine non gaudet: amicum  
se illius esse testatur: ac per hoc inimicus dei esse  
conuicitur. Sed absit hoc a fidelium cordibus: ab  
sit ab iis qui et esse aliā uitam per fidem credūt:  
et eam per operationem diligunt. Et mundi enī  
destructione lugere eorum est: qui radices cordis  
in eius amore plantauerūt: qui sequentem uitam  
non credunt: qui eam nec esse suspicantur. Nos  
autem qui coelestis patriæ gaudia æterna cogno  
uimus: festinare ad ea quantocyus debemus. optā



*Laburni cogitatio*  
 dum nobis est citius pergere: atque ad illam uia  
 breuiore peruenire. Quibus enim malis non mū  
 dus urgetur: *de morte* Quæ nos tristitia: quæ aduersitas  
 non angustat: Quid est uita mortalis nisi uia: Et  
 quale sit fratres perpendite in labore uia leſſeſce  
 re: & tamen eadem uiam nolle finire: *notia* Quod autē  
 caldari mundus ac despici debeat: redēptor noster  
 poruida comparatione manifestat: cum protinus  
 adiungit. Videte ficulneam: & omnes arbores cū  
 producant iam ex se fructum: scitis quoniā prope  
 est æstas. ita & uos cum uideritis hæc fieri scitote  
 quoniam prope est regnum dei. ac si aperte dicat  
 Sicut ex fructu arborum uicina æstas agnoscitur:  
 ita ex ruina mundi prope esse cognoscitur regnū  
 dei. Quibus uerbis ostenditur: quia fructus mūdi  
 ruina est. Ad hoc enī crescit ut cadat. ad hoc ger  
 minat ut queq; germinauerit: cladibus cōsumat.  
 Bene aut regnū dei æstati cōpatur: quia tūc merori  
 nrī nubila trāseunt & uita dies æterni solis clari  
 tate fulgescunt. Que oīa sub magna certitudine  
 cōfirmātur: cū dicitur. Amen dico uobis nō præ  
 teribit generatio hæc donec omnia fiant. coelū &  
 terra transibunt: uerba autem mea non transibūt.  
 Nihil ī rerum corporalium natura coelo et terra  
 durabilius. & nihil ī rerum natura tam uelociter  
 quam sermo trāsit. Verba enim quousque imper

fecta sunt: uerba non sunt. Cum uero perfecta fu  
erint: omnino iam non sunt: quia nec perfici nisi  
transeundo possunt. Ait ergo <sup>etiam dicitur</sup> coelū & terra tran  
sibūt: uerba autem mea non transiunt. ac si dicat  
Omne quod apud uos durable ē: sine mutatiōe  
ad eternitatē durable nō est. & omne quod apud  
me transire cernitur: fixum & sine trāsitu tenetur  
quia sine mutabilitate manētes sententias expri  
mit meus sermo qui trāsit. Ecce fratres iam cer  
nimus quod audiebamus. nobis quotidie & crebre  
scitibus malis mundus urgetur. ex illa plebe in  
numera quāti remanseritis aspicietis: & tamen ad  
huc quotidie flagella <sup>nostris</sup> urgent. repentini casus op  
primunt. noua nos & improuisa clades affligūt.  
Sicut enim in iuuentute uiget corpus: forte & in  
colume manet pectus: <sup>palpebrae</sup> torosa ceruix plena sūt bra  
chia: in annis autē senilibus statura curuatur: cer  
uix exiccata deponitur. frequentibus suspiriis pe  
ctus urgetur. uirtus deficit. loquentis uerba anhe  
litus intercidit. Nam & si langor plerumque seni  
bus: ipsa sua salus aegritudo est: ita mundus in an  
nis prioribus uelut in iuuetute uiguit ad propagā  
dum humani generis prolem robustus fuit. salute  
corporum <sup>et uirtutis</sup> uiridis. opulētia rerum pinguis. at nūc  
ipsa senectute sua deprimitur: & quasi ad uicinā  
mortē molestiis <sup>et</sup> crebrescentibus urgetur. Nolite

ergo fratres diligere: quem uidetis diu stare non  
 posse. præcepta apostoli in animo ponite: quibus  
 nos admonet dicens Nolite diligere mundum ne  
 que ea quæ in mundo sūt. Quia si quis diligit mū  
 dum: non est charitas patris in eo. <sup>uocandos</sup> nudius tertius  
 fratres agnouistis quod subito turbine annosa ar  
 busta <sup>per deinde</sup> eruta <sup>rua</sup> destructe domus ecclesiæ a fundamen  
 tis euerse sūt. Quanti ad uesperū sani atque inco  
 lumes acturos se in crastinum aliquid putabāt &  
 tamen nocte eadem repentina morte defuncti sūt  
 in laqueo ruine <sup>romadg</sup> deprehensi. Sed considerandū no  
 bis est: quod ad hæc agenda inuisibilis iudex uēti  
 tenuissimi spiritum mouit unius procelā nubis ex  
 citauit & terram subruit casura tot edificiorū fun  
 damēta concussit. Quid ergo iudex iste facturus  
 est: cum per semetipsum uenerit: & in ultionē pec  
 catorum ira eius exarserit: <sup>per fortis de</sup> Si portari non potest:  
 cum per tenuissimam nubem ferit in ire eius pre  
 sentia <sup>quis ip</sup> quæ caro subsistet: si uentum mouet: et  
 terram subruit. <sup>degnitum</sup> cōcitauit aera. & tot ædificia <sup>i. deff. sit</sup> stra  
 uit. hanc distractionē uenturi iudicis. paulus consi  
 derans ait. Horredum est incidere in manus dei  
 uiuētis. hinc psalmista ait. Deus manifeste ueni  
 et deus noster et nō silebit. ignis in cōspectu eius  
 ardebit: & <sup>at</sup> ī circuitu eius tempestas ualida. distri  
 ctionē quippe tātæ iusticiæ tempestas ignisq; co

mitantur: quia tēpestas examinat: quos ignis exu-  
rat: Illū ergo diem ante oculos ponite: & quidqd  
modo graue creditur: in eius comparatione laui-  
gatur De illo enim die per prophetā dicitur. Iux-  
ta est dies domini magnus & uelox nimis. Vox di-  
ei domini amara ualde. tribulabitur ibi fortis. Di-  
es iræ dies ille. dies tribulationis & āgustia: dies  
calamitatis & miseria. dies tenebrarum & caligi-  
nis. dies nebulae. & turbinis. dies turbæ & caligis  
De hac die dominus iterum per prophetā dicit.  
Adhuc semel & ego mouebo. nō solū terram: sed  
etiā celū. Ecce ut diximus aerem mouit: & terrā  
subruit. q̄s ergo ferat cū coelos mouerit: Quid āt  
terrores quos cernimus nisi sequētis irā preconef-  
dixerit: Vnde cōsiderare necesse ē. q̄a ab illa tribu-  
latiōe ultima tātū sūt tribulatiōes istæ dissimiles  
quātū a potētia iudicis p̄sona p̄acois distat. Illū  
ergo diē tota itēciōe cogitate. uitā corrigite mo-  
res mutate. mala tētātia resistēdo uincite. p̄petra-  
ta flectibus punite. Aduētū nāq; aterni iudicis tā-  
to securiores quādoq; uidebitis: quāto nūc distric-  
tionē eius timēdo p̄uenitis.

**Dominica. ii.**  
Segmentum ex euangelio matthai. capite. xi.

**Q**um audisset Ioannes in uinculis opera christi mittēs duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui uēturus es: an aliū expectamus: Et respōdēs iesus ait illis. Eūtes rēnūcia



te Ioanni quæ audistis & uidistis cæci uident clau-  
 di ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt.  
 mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. & be-  
 atus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis  
 autem abeuntibus coepit iesus dicere ad turbas de  
 Ioanne. Quid existis in desertum uidere: hominem  
 mollibus uestitum: ecce qui mollibus uestiuntur.  
 in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere:  
 prophetam: etiam dico uobis & plusquam prophe-  
 tam. Hic est enim de quo scriptum est Ecce ego  
 mitto angelum meum ante faciem tuam qui praeparauit  
 uiam tuam ante te. et reliqua.

*angelus in uobis  
 in die uenit*

**M**omelia beati gregorii papæ de eadem lectione

**Q**uarendum nobis est fratres charissimi Io-  
 anes propheta & plusquam propheta qui  
 uenientem ad baptisma: dominum ostē-  
 dit dicens. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata  
 mundi: qui et humilitatem suam & diuitatis eius.  
 potentiam considerans ait. Qui de terra est de ter-  
 ra loquitur: qui de coelo uenit super omnes est:  
 cur in carcere positus requirit: Tu es qui uenturus  
 es an alium expectamus: Tanquam si ignoret quem os-  
 tenderat: & an ipse sit nesciat: quem ipsum esse baptizā-  
 do prophetando ostendendo clamauerat: sed hæc citi-  
 us questio soluitur: si gesta rei tempus & ordo pesa-  
 tur. ad iordanis enim flueta positus quia ipse redem-  
 ptor mundi esset aseruit: missus uero in carcerem an ipse

*si dicitur  
 dei in quibus  
 uatam ante  
 uentem dicitur  
 filia meae dicitur*



honorandus esset: quantum pro hominibus indigna suscepit. Quid est ergo dicere: beatus est qui non fuerit scādalizatus in me: nisi aperta uoce abiectionem mortis scire. humilitatemque signare: ac si dicat: mira quidem facio: sed abiecta perpeti nō dedignor. Quia ego moriendo te subsequor: cauendum est hominibus ne in me mortem despiciant: q̄ signa uenerātur. Sed dimissis Ioannis discipulis: quid de eodem Ioanne turbis dicat audiamus. Quid existis in desertum uidere arundinem uēto agitātam? Quid uidelicet nō asserendo sed negando intulit. arundinem quippe mox ut aura contingerit in partem alterā flectit. Et quid per arundinem nisi carnalis animus exprimitur: qui mox ut fauore uel detractiōe tangitur: in partē aliquam inclinatur. Si enim ab humano ore aura fauoris flauerit: hylarescit. extollitur. totumque se ad grām iflectit: Sed si inde uetus detractiōis eruperit: uide laudis aura ueniebat: mox hūc quasi in partem alteram ad uim furoris inclināt. Sed arundo uento agitata Ioannes non erat: quia hunc nec blandum gratia: nec cuiuslibet ira asperum faciebat: nec prospera hunc erigere: nec aduersa nouerant iclinare. arūdo ergo uēto agitata Ioannes non erat: quem ab status sui rectitudine nulla rerum uarietas iflectebat: Discamus igitur

fratres arundo uento agitata nō esse. Solidemus  
animū inter auras linguarū positi. stet inflexibilis  
status mētis. nulla nos detractio ad irā prouocet.  
atque ad remissionem iūtilis gratiæ nullus fauor  
inclinat. non nos prospera eleuet. nō aduersa per  
turbet. ut q̄ i soliditate fidei figimur: nequaquā  
rerū transeuntium mutabilitate moueamur. Adhuc  
autem de eius expressione subiungitur. Sed quid  
existis uidere in desertū hominē mollibus uestitū?  
Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum  
sunt. Camelorum etenim pilis contextis uestibus  
Ioannes describitur fuisse. Et quid est dicere. Ec  
ce qui mollibus uestiuntur: in domibus regum  
sūt: nisi aperta sententia demonstrare. quia non  
coelesti sed terreno regno militant ii qui pro deo  
perpeti aspera fugiunt: sed solis exterioribus de  
ditū presentis uitæ molliciem & delectationē qua  
rūt. Nemo ergo extimet inflexu atq; studio preci  
osarū uestium peccatū deesse: quia si hoc culpa nō  
esset nullo modo Ioannem dominus de uestimēti  
sui asperitate laudasset. Si hoc culpa nō esset: ne  
quaquā petrus apostolus p̄ epistolā suā foeminas  
a preciosarū uestium appetitu cōpesceret: dicēs.  
Nō in ueste preciosa. Pēsate ergo quæ culpa sit  
hoc uiros appetere: a quo curauit pastor ecclesiæ  
feminas prohibere. Quāuis hoc quod Ioānes nō



esse uestitus mollibus dicitur: per significationē  
intelligi aliter potest. Mollibus enim uestitus nō  
fuit: quia uitam peccātium nō blādimentis fouis: <sup>veru</sup>  
sed rigore asperæ inuēctionis increpauit dicens.

er  
ergo

<sup>ergo</sup> Genimina uiperarū quis uobis demōstrauit fuge  
re a uentura ira: Vnde per Salomonem dicitur:  
Verba sapientiū quasi stimuli: & sicut clauis in al  
tum defixi. clauis quippe atque stimulis sapiētū  
uerba comparantur: quia culpas delinquentium  
nesciunt palpare: sed pūgere. Sed quid existis ui  
dere: prophetam: Etiam dico uobis et plusquam  
prophetā. Prophetæ quippe ministeriū est uentu  
ra prædicere: non etiā demōstrare. Ioannes uero  
plusquā propheta est: quia eū quem precurrendo  
prophetauerat: etiā ostendendo nūciabat. Sed qa  
arūdo uento agitata esse denegatur: quia nō esse  
mollibus uestitus dicitur: qa prophetæ nomen hu  
ic ipar esse phibetur: iā qd digne dici possit audi  
amus. Segtur hic est de quo scriptū ē. Ecce ego  
mitto angelū meū ante faciem tuam: qui prepara  
bit uia tuā ante te. Quod enī grace angelus: hoc  
latine nuncius dicitur. Recte/ergo qui nūciare su  
pernum iudicem mittitur: angelus uocatur: ut di  
gnitatem seruet in nomine: quam explet in opera  
tione. Altū quidem nomen est: sed uita nomine  
iferior non est. utinā fratres nō ad iudiciū nostrū  
dicamus. qa omnes qui sacerdocii nomē censetur

Angelus

Angeli uocantur. propheta testante: qui ait. labia  
sacerdotis custodiunt sciētiam: & legem requirunt  
ex ore eius: quia angelus domini exercituum ē. Sed  
huius altitudinē nominis etiā uos si uultis: potes  
tis promereri. nā unusquisque uestrū ī tantū sufficit  
inquātū gratia supne aspirationis accepit: si a pra  
uitate proximū reuocat: si exhortari ad bene ope  
rādum curat: si æternum regnum supplicium ue er  
ranti denūciat: cum uerba sacte annūciationis im  
pendit: profecto angelus existit. Et nemo dicat.  
āmonere nō sufficio. exhortari idoneus nō sum.  
quātum potes exhibe: ne male seruatū quod ac  
ceperas in tormentis <sup>exigaris</sup>. Neque enim plus  
quam unū talentū acceperat: qui hoc abscondere  
magis studuit quā erogare. Et scimus quoniam ī  
tabernaculo nō solū phialæ: sed præcipiente domi  
no etiā <sup>cyati</sup> facti sunt. Per phialas quippe doctri  
na exuberās: per cyatos parua atque āgusta scia de  
signatur. Alius doctrina ueritatis plenus audiēti  
um mētes inebriat. Per hoc ergo quod dicit: pro  
fecto phialam porrigit. Alius explere quod sēt  
non ualeat: sed quia hoc utcūque denūciat: profecto  
per cyatum potū præbet. In dei ergo tabernaculo  
idest in sancta ecclesia positi si per doctrinæ sapi  
entiam ministrare phialas nō potestis: inquātum  
pro diuina largitate sufficitis: proximis uestris bo  
ni uerbi cyatos date. In quātū uos profecisse pen

8

fatis: etiā alios trahite in uia dei socios habere de-  
siderate. Si quis uestrum fratres ad forum aut for-  
tasse ad balneū pergit: quē ociosū esse considerat  
ut secū ueniat inuitat. ipsa ergo terrena actio uos-  
tra cōueniat. et si ad deū tēditis: curate ne ad  
eū soli ueniatis. hinc enī scriptū est. q̄ audit dicat  
ueni. Vt qui iā in corde uocē sup̄ni amoris accepe-  
rit: foris proximis uocem exhortatiōis reddat. &  
fortasse panē ut idigenti helemosinā porrigat nō  
hebet. Sed maius est quod tribuere ualet q̄ linguā  
hēt. plus ē enī ubi p̄abulo uicturā inppetū mētē  
reficere: quā uētrē morituræ carnis terreno pane  
satiare. Nolite ergo fratres proximis uestris ele-  
mosinam uerbi subtrahere. mecū uos amoneo ab  
ocioso sermone <sup>parcamus</sup> inutiliter loqui decline-  
mus in quantū retinere linguā p̄ualemus in uē-  
tum uerba non defluāt cū iudex dicat Omne uer-  
bum ociosū quod locuti fuerint homines: reddent  
rationem de eo ī die iudiciī. Ociosum quippe uer-  
bū est quod aut utilitate rectitudinis aut ratione  
iuste necessitatis caret. Ociosa ergo colloquia ad  
ædificationis studiū uertite: quā celerrime huius  
uitæ tēpora fugiāt considerate: quā districtus iu-  
dex ueniat attendite. Hūc ante oculos cordis po-  
nite: hūc <sup>abastam</sup> proximorū uestrorū mētibus itimiate: ut  
inquantū uires suppetūt si annūciari eum non ne-  
gligitis: uocari angeli ab eo cū Ioanne ualeatis.

Segmentum ex euāgelio Ioannis capite. i. quod  
canitur dominica Tertia aduentus.

**I**N illo tempore: Miserūt iudæi ab hieroso  
lymis sacerdotes & leuitas ad Ioannem: ut  
interrogarent eum. Tu quis es: & confessus est: &  
nō negauit. & cōfessus est: quia nō sum ego chri  
stus. Et interrogauerunt eum: quid ergo: Helias  
es tu: Et dixit nō sum. Propheta es tu: Et respō  
dit. non. <sup>sed iherosolymis</sup> Dixerunt ergo ei. Quis es: ut respōsum  
demus tuis: qui miserūt nos: Quid dicis de te ipso:  
Ait. Ego uox clamantis in deserto: dirigite uiam  
domini: sicut dixit esaias propheta. Et q̄ missi fu  
erant: erant ex pharisæis: & interrogauerūt eum:  
& dixerūt ei. Quid ergo baptizas: si tu nō es chri  
stus: neque helias: neq; propheta: Respondit eis  
Ioānes dicens. Ego baptizo in aqua. Medius au  
tem uestri stetit quem uos nescitis: ipse est q̄ post  
me uenturus est: qui ante me factus est: cuius ego  
nō sum dignus ut soluam corrigiam calciamenti.  
Hæc in bethania facta sūt trans iordanē ubi erat  
Ioannes baptizans. & reliqua.

Homelia beati gregorii papæ de eadē lectione

**E**x huius nobis lectionis ūbis fratres cha  
rissimi Ioannis humilitas cōmendatur  
Qui cū tantæ uirtutis esset ut christus  
credi potuisset: elegit <sup>firmos</sup> solide subsistere ī se ne hū  
mana opinione raperetur ianiter super se. Nam



confessus est & non negauit. confessus quia non  
 sum ego christus. Sed quia dixit nō sūm: negauit  
 plane quod non erat: sed non negauit quod erat:  
 ut ueritatem loquens eius membrum fieret: cuius  
 sibi nomen fallaciter non usurparet. Cū ergo nō  
 uult appetere nomē christi: factus est mebrū chri  
 sti: quia dum iſermitatē suam studuit humiliter  
 agnoscere: illius celsitudinē meruit ueraciter ob  
 tinere. Sed cū ex lectione alia redemptoris nostri  
 sententia ad mentem reducitur: ex huius nobis le  
 ctionis uerbis quæstio ualde implexa generatur.  
 Alio quippe in loco inq̄situs dominus a discipulis  
 de heliæ aduētū respōdit. helias iā uenit: & nō co  
 gnouerūt eū: sed fecerūt in eū quæcūq; uoluerūt.  
 Et si uultis scire: Ioānes ipse est helias: req̄situs  
 sūt Ioannes dicit nō sū helias. Quid ē hoc fratres  
 charissimi: q̄a quod ueritas affirmat: hoc prophe  
 ta ueritatis negat. Valde nāq; iſter se diuersa sūt  
 ipse ē: & non sū. Quomodo ergo propheta uerita  
 tis ē si eiusdē ueritatis sermonibus cōcors non ē?  
 Sed si subtiliter ueritas ipsa regatur: hoc quod i  
 ter se cōtrariū sonuit: quomodo cōtrariū nō sit in  
 uenitur. Ad zachariā nāq; de Ioannis promissiōe  
 āgelus dicit. Ipse præcedet āte eū i spiritu & uirtu  
 te heliæ. Qui idcirco uenturus i spiritu & uirtute  
 heliæ dicitur: q̄a sicut helias secūdū domini aduen  
 tū præueniet: ita Ioānes præuenit primum. Sicut

ille præcursor uetūrus ē iudicis: ita iste præcursor  
 factus ē redemptoris. Ioānes igitur ī spiritu helias  
 erat: ī p̄sona helias nō erat. Quod ergo dominus  
 fatetur de spiritu: hoc Ioannes denegāt de p̄sona  
 q̄a & iustū sic erat: ut & discipulis dominus de Ioā  
 ne spiritualē sētantiā diceret: & Ioannes idem tur  
 bis carnalibus non de suo spiritu: sed de corpore  
 respōderet. Cōtrariū ergo ueritati uidetur esse:  
 quod Ioannes sonuit, sed tamen a ueritatis trami  
 te nō recessit: qui se etiā prophetā negat. q̄a uide  
 licet nō solū poterat redemptorem prædicare: sed  
 etiā demonstrare. Quis nā sit uero continuo expri  
 mit cum subiungit. Ego uox clamātis in deserto.  
 Scitis fratres: quia unigenitus filius uerbū patris  
 uocatur: Ioāne attestāte q̄ ait. In principio erat ū  
 bū: & uerbū erat apud deū: & deus erat uerbū. Et  
 ipsa uestra locutione cognoscitis: q̄a prius uox so  
 niat: ut uerbū postmodū possit audiri. Ioānis ergo  
 uocem se esse asserit: q̄a uerbū præcedit aduentū  
 itaq; domini cū præcurrens uox dicitur: q̄a p̄ eius  
 ministeriū prius uerbū ab hominibus auditur. Qui  
 etiā ī desertū clamat. Quia derelictæ ac distinctæ  
 iudeæ solatium redemptoris ānunciat. Quid autem  
 clamet: insinuat cū subiungit. Dirigite uia domini:  
 sicut dicit ysayas propheta. Via domini ad cor di  
 rigitur: cū ad eius præceptū uita preparatur. Vn  
 de scriptum est. Si quis diligit me sermonem meū

Ioan. 1. 1. n. 2.  
 a. be. uigil.  
 uox hanc  
 sonat. n. uox  
 act.

p̄uocati

uox  
 alin  
 auct  
 fert

uox

seruauit: & pater meus diliget eum: & ad eum uenie-  
 mus: & mansionem apud eum faciemus. Quisq; ergo  
 in superbia mentem eleuat. quisq; auariciae estibus an-  
 helat: quisquis se luxuria iniquationibus polluit:  
 cordis ostium contra ueritatem claudit: & ne ad se do-  
 minus ueniat: claustra animi seris uiciorum dam- *claudit*  
 nat. Sed adhuc qui missi sunt percontantur: quid *cau*  
 ergo baptizati si tu non es christus neq; helias ne-  
 que propheta? Quod quia non studio cognoscende  
 ueritatis: sed malitia exercere emulationis dicitur  
 Euangelista tacite innotuit cum subiunxit. Et qui missi  
 fuerat erant ex phariseis. ac si aperte dicat. Illi Io-  
 annem de suis actibus requirunt: qui doctrinam  
 nesciunt quaerere: sed inuidere. Sed factus quisq;  
 etiam cum a peruersa mente requiritur: a bonitatis  
 suae studio non mutatur. unde Ioannes quoq; ad uer-  
 ba inuidiae praedicamenta respondit uita. Nam proti-  
 nus adiungit. Ego baptizo in aqua: medius autem ue-  
 strum stat: quem uos nescitis. Ioannes non spiritu: sed  
 aqua baptizat. quia peccata soluere non ualens  
 corpora baptizatorum aqua lauat. Cur ergo bapti-  
 zat qui peccata per baptismum non relaxat: nisi ut pra-  
 cursionis suae ordinem seruans: qui nasciturum nascenti-  
 do praueuerat: baptizaturum quoq; dominum bapti-  
 zando praueuaret: & qui praedicando praecursor fa-  
 ctus est christi: baptizando etiam praecursor eius fie-  
 ret imitatione sacramenti: Qui inter haec misterium  
*factus uerbo* b. ii.

nostri redemptoris annūcians hunc: in medio ho  
minū & stetitse asserit & nesciri. Quia per carnē.  
dominus apparens & uisibilis extitit corpore & in  
uisibilis maiestate. De quo etiā subdidit: q̄ post  
me uenit āte me factus est. Sic namque dicitur an  
te me factus est: ac si dicatur āte me positus. post  
me ergo uenit: quia postmodum natus āte me au  
tem factus: quia mihi praelatus. sed hoc paulo su  
pius dicens etiam praelationis eius causas aperuit.  
cum subiungit. quia prior me erat: ac si aperte di  
cat: <sup>ex parte dicit</sup> Inde me etiam post natus superat: <sup>de qua</sup> quo eum  
natiuitatis suae tempora nō angustant. nam qui p  
matrē in tempore nascitur: sine tempore est a pa  
tre generatus. cui quātā reuerentiā humilitatem  
debeat: <sup>ad solitudo</sup> subdendo manifestat. Cuius non sum dig  
nus soluerē corrigiam calciamenti. Mos apud ue  
teres fuit: ut si quis eam quā sibi competeret acci  
pere uxorem nollet: illi ei calciamentum solueret  
qui ad hanc sponsus iure <sup>de proximitate</sup> propinquitatis ueniret.  
Quid igitur inter homines christus: nisi sponsus  
sanctae ecclesiae apparuit: De quo & ipse Ioannes  
dicit. qui habet sponsam sponsus est. sed quia Io  
annem homines christū esse putauerūt: quod idē  
Ioannes negat: recte se indiguū esse ad soluendā  
corrigiam eius calciamenti denunciat. ac si aperte  
dicat. ego redemptoris uestigia denudare non ua  
leo: quia nomen sponsi mihi immeritus non usur



11  
po. Quod tamen intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat: quod calciamenta ex mortuis animabus fiat: Incarnatus uero dominus ueniens quasi calciatus apparuit: quia in diuinitate sua morti <sup>in morte</sup> nostra corruptionis assumpsit. Vnde per prophetam dicitur. In idumæam extendam calciamentum meum. Per idumæam gentilitas. Per calciamenta assumpta mortalitas designatur. In idumæam ergo dominus calciamentum suum se extendere asserit: quia dum per carnem <sup>per carnem</sup> gentibus innotuit quasi calciata ad nos diuinitas uenit. Sed huius incarnationis misterium humanus oculus <sup>deficit</sup> penetrare non sufficit: uestigari enim nullatenus potest quomodo in corporatur uerbum: quomodo summus & uiuificator spiritus intra uterum matris animatur. quomodo is qui initium non habet existit: & concipitur. Corrigia ergo calciamenti est ligatura misterii. Ioannes itaque soluere corrigiam calciamenti eius non ualeat: quia incarnationis misterium nec ipse <sup>nequit</sup> uestigare sufficit: quod hanc <sup>in incarnatione</sup> per prophetiam spiritum agnouit. Quid est ergo dicere non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius: nisi apte & humiliter suam ignorantiam profiteri: Ac si patenter dicat. Quid mirum si ille mihi prelatum est: quem post me natum <sup>in uero</sup> considero: sed natiuitatis eius misterium non apprehendo: Ecce Ioannes prophetiam spiritu impletus: mira scientia emicat. sed tamen

illud de se insinuat: quod ignorat. Quia in re pen  
sandum nobis est & tota intentione cogitandum:  
quomodo sancti uiri ut humilitatis in se uirtutem  
custodiant: cum quaedam mirabiliter sciunt illud  
ante mentis oculos student reuocare quod nesciunt  
ut dum ex parte alia infirmitatem suam confide  
rant ex ea parte qua perfectus est eorum se animus  
non extollat. Scientia enim uirtus est <sup>118</sup>humilitas  
etiam custos uirtutis. Restat ergo ut in omne quod  
scit se <sup>119</sup>mens deprimat: ne quod uirtus scientiae se  
gregat uentus elationis tollat. Cum bona fratres  
agitis semper ad memoriam mala acta reuocate  
ut dum culpa caute conspicitur: nunquam de bono ope  
incaute animus letetur. Superiores inuicem <sup>120</sup> eos  
maxime qui uobis commissi non sunt: proximos ue  
stros attendite. Quia & quos agere aliqua praua  
conspicitis quae in eis lateant bona nescitis. Mag  
nus ergo unusquisque studeat esse: sed tamen ali  
quo modo esse se nesciat: ne dum sibi magnitudi  
nem <sup>121</sup>arroganter tribuit amittat. Hinc per prophe  
tam dicitur. Ve qui sapientes estis in oculis uestris  
& coram uobis metipsis prudentes: Hinc paulus  
ait: nolite prudentes esse apud uos metipsum. Hic  
contra superbientem saul dicitur. Cum esses par  
uulus in oculis tuis caput in tribubus israel factus  
es. ac si aperte diceret. Cum tu te paruulum conf  
piceres ego te praeteris magnum feci. Quia ue

ro tu te magnū conspicis: a me paruus estimaris.  
 Quod cōtra dauid cum regni potentiā corā arca  
 domini saltādo despiceret: dixit. Ludā & uilior fiā  
 plusquā factus sum: & ero humilis in oculis meis.  
 Quē nō extolleret ora leonū frāgere: urforū bra-  
 chia dissipare: despectis prioribus fratribus eligi:  
 reprobato rege ad regni gubernacula ungi: timē  
 dū cūctis uno lapide goliām sternere: a rege præ-  
 posita extinctis allopholis numerosa præpuciare  
 portare: regnū ex promissiōe p̄cipe: cunctūq; isra-  
 eliticū populū sine ulla cōtradictione possidere: &  
 tamen ī cūctis se despicit: q̄ ī suis oculis esse se hu-  
 milē cōfitetur. Si igitur sācti uiri etiā cū agūt for-  
 tia: de semetipsis uilia sentiūt: qd in sua excusatio-  
 ne dicturi sūt: q̄ sine ope uirtutis intumescūt: Sed  
 qualibet assit opa: nulla sūt nisi ex humilitate cō-  
 diātur. Mirādā q̄ppe actio: cū elatione nō eleuat:  
 sed grauat. Qui enim sine humilitate uirtutes cō-  
 gregat: ī uentū puluerē portat. & ūde ferre aliqd  
 cernitur: inde deterius cæcatur. In cunctis igitur  
 quæ agitis fratres: radicē boni opis humilitatem  
 tenete: nec q̄bus iā supiores: sed q̄bus adhuc īferi-  
 ores estis aspiciate: ut dū meliorū uobis exēpla pro-  
 ponitis: ad maiora semp ascendere ex humilitate  
 ualeatis.

Segmentum ex euangelio lucæ. capite. iiii.

**A**nno quīntodecimo imperii Tiberii cæsaris:  
 b. iiii.

<sup>gabariati</sup> procurante pontio pylato iudæam: tetrarcha au- <sup>casale daquinta</sup>  
tem galilææ herode: philippo autem fratre eius  
tetrarcha ituræ & thraconitidis rigionis: & lysa <sup>ulla cu</sup>  
nia abilinæ tetrarcha: sub principib9 sacerdotum  
âna & caipha: factū est uerbū domini sup ioānem  
zachariæ filiū in deserto: & uenit i omnem regio- <sup>12710</sup>  
nē Iordanis prædicans baptismum poenitentiæ in  
remissiomen peccatorū: sicut scriptum est in libro  
sermonum esaiaæ prophetæ. Vox clamātis in deser-  
to. parate uia domini. rectas facite semitas eius.  
Omnis uallis implebitur. & omnis mōs & collis hu-  
miliabitur: & erunt praua indirecta: & aspra in ui-  
as planas: & uidebit omnis caro salutare dei.

Homelia beati gregorii pape de eadem lectione

**R**edētoris præcursor quo tēpore uerbū præ- <sup>off</sup>  
dicationis accepit: memorato romanæ rei  
publicæ principe: & iudææ regib9 designatur: cū  
dicitur. āno quītodecimo īperii tiberii cæsaris pro-  
curante pontio pylato iudæā: tetrarcha autem ga-  
lilææ herode & cetera. Quia enim illū prædicare  
ueniebat: q̄ & ex iudæa quosdam & multos ex gen-  
tibus redēpturus erat: per regem gentiū & princi-  
pes iudæorū prædicationis eius tēpora designātur  
Quia autē gentilitas colligēda & iudæa erat pro  
culpa p̄fidiaē disp̄genda: ipsa quoq; descriptio ter-  
reni p̄cipatus ostēdit: quoniā & in romana repu-  
blica unus præfuisse describitur: & i iudææ regno



p quartā ptē plurimi principabant. uoce etenī nrī  
 redemptoris dicitur. Omne regnū in se ipsū diuī  
 sū desolabitur. liquet ergo quod ad finē regni iu  
 dæa puenerat: quæ tot regibus diuisa subiacebat  
 apte quoq; non solum quibus regibus: sed quibus  
 etiam sacerdotibus actum sit demōstratur. Et  
 quia illum Ioānes baptista prædicabat qui simul  
 rex & sacerdos existeret: lucas euangelista prædi  
 catiois eius tempora per regnum & sacerdotium  
 designauit. Et uenit in omnem regionem Iorda  
 nis prædicans baptismū poenitentiaē ī remissionem  
 peccatorum. Cunctis legentibus liquet: quia Ioā  
 nes non solum baptismum poenitentiaē prædica  
 uit: sed etiam quibusdam dedit: sed tamen baptil  
 mū suum ī remissionem peccatorum dare non po  
 tuit. Remissio enim peccatorū in solo nobis christi  
 baptisate tribuitur. Notādū itaq; quod dicitur  
 prædicās baptismū poenitentiaē in remissionem pec  
 catorum: quoniā baptismum quod peccata solue  
 ret: quia dare nō poterat: prædicabat. ut sicut in  
 carnatum uerbū præcurrerat uerbo prædicationis  
 ita baptismum poenitentiaē quo peccata soluitur  
 præcurreret suo baptisate quo peccata solui non  
 possunt: ut quia eius sermo præcurrerat præsentī  
 am redemptoris: ipsum quoque eius baptismum  
 præcedendo fieret umbra ueritatis. Sequitur sicut  
 scriptum est in libro sermonum esaiæ propheta.

Vox clamatis in deserto. pate uia domini. rectas  
facite semitas eius. Idē uero Ioānes baptista req  
situs qs esset: respōdit. Ego uox clamatis in deser  
to. Quia sicut ātea uobis dictū est: ideo uox a pro  
pheta <sup>ca. 1. 1. 1.</sup> uocatus est: qa uerbū præibat. quid autem  
clamaret aperuit cū subditur. Parate uia domini  
rectas facite semitas eius. Omnis q rectā fidem &  
bona opera prædicat: quid aliud quā uenienti do  
mino ad corda audientium uia parat: Vt hæc uis  
gratiæ penetret: & lumen ueritatis illustret: ut re  
ctas deo semitas faciat: dum mundas in animo co  
gitationes per sermonem bonæ prædicationis for  
mat. Omnis uallis implebitur: & omnis mons & col  
lis humiliabitur. Quid hoc loco uallium noīe nisi  
humiles: qd montiū & colliū nisi superbi homines  
designantur: In aduentu igitur redemptoris nostri  
ualles impletæ: mōtes & coles humilitati sūt: qa iux  
ta uocē: omī q se exaltat humiliabitur: & q se hu  
miliat exaltabitur. uallis enī impleta crescit: mons  
& collis humiliatus decrescit Quia ī fide mediato  
ris dei & hominū hoīs christi iesu: & gētilitas ple  
nitudinē gratiæ accepit: & iudæa hoc p errorem  
pfiā unde tumebat: pdidit. Omnis ergo uallis im  
plebitur: qa corda humiliū sacre doctrinæ eloq  
uirtutū gratia replebuntur. Iuxta hoc quod scrip  
tū ē. q emittit fōtes ī cōuallibus. & ūde rurſū dici  
tur. Et conuallēs abundabūt frumēto a mōtibus.

namque aqua dilabitur quia superbas mentes ueritatis doctrina deserit. Sed fontes in conuallibus surgunt quia mentes humilium uerbum predicationis accipiunt. Iam uidemus: iam conualles frumento abundare conspicimus: quia illorum ora pabulo ueritatis completa sunt: quia mites & simplices huic mundo despicabiles esse uidebantur. Ipsum quoque iohannem baptista quia mira sanctitate praeditum populus uiderat: hunc esse singulariter celsum ac solidum motum credebat. de quo scriptum est. In nouissimo dierum erit mos domus domini praeparatus in uertice montium. Nam hunc esse christum putabant sicut per euangelium dicitur. estimante autem populo & cogitantibus omnibus de iohanne ne forte ipse esset christus: quem & regrebant dicentes num quid christus es tu. Sed nisi idem iohannes apud se ualidus esset repletus spiritu gratiae non fuisset. Qui ut hoc quod erat ostenderet dixit. Venit fortior me cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Et rursus ait. Qui habet sponsam sponsum est amicus autem sponsi qui stat & audit eum gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc autem gaudium meum impletum est. Illi oportet crescere me autem minui. Ecce cum praemissa operatione uirtutum talis esset ut christus esse crederetur non solum christum non se esse respondit sed & corrigiam calciamenti eius soluere. id est incarnationis eius misterium perscrutari non se dignum esse prohibuit. eius sponsam esse ecclesiam cre

debāt qui hunc quia christus esset estimabāt. Sed  
ait. qui habet sponsam: sponsus est. Ac si diceret  
ego sponsus non sum: sed amicus sponsi sum. nec  
propter uocem suā: sed in uoce spōsi gaudere per  
hibebat. Quia nō ideo letabatur in corde: quoni  
am a populis humiliter audiebatur loquēs: sed qa  
ipse ueritatis uocē audiebat intus: ut loqueretur  
foras. Quod bene gaudium impletum dicit: quia  
quisquis de sua uoce gaudet: plenum gaudium nō  
habet. a quo & subditur. Illum oportet crescere  
me autem minui. Qua in re quarēdū ē: ī quo cre  
uit xp̄s in quo minutus est Ioānes: nisi q̄ populuf  
Ioānis abstinentiam uidēs: remotū hūc ēē ab homi  
nibus conspiciens: eū esse christum putabat. chri  
stum uero cum publicanis comedentem: iter pec  
catores ambulāntem intuens: eum non christum  
sed prophetam esse credebat. Sed dum per acces  
sum temporis et christus qui propheta esse puta  
batur: christus est agnitus: & Ioānes qui christus  
esse credebatur: propheta esse inotuit: Impletū  
est: quod de christo suus præcursor prædixit. Illū  
oportet crescere: me autem minui. In estimatio  
ne quippe populi & christus creuit: quia agnitus  
est quod erat. Et Ioannes decreuit: quia cessauit  
dici quod nō erat. Igitur quoniā & idem Ioannes  
ideo īscītate p̄stitit: qa in cordis humilitate pdu  
rauit. Et multi idcirco ceciderūt qa apud se ipsos



elata cogitatione tumuerunt: dicatur recte omnis  
uallis implebitur: & omnis mons & collis humili  
bitur. Quia humiles donū accipiūt quod a se cor  
da supbientium repellūt. Sequitur. & erunt praua  
indirecta & aspera in uias planas. praua indirecta  
fiūt: cum malorū corda per iustitiā detorta ad iu  
stitiā regulā dirigūtur. et aspera i uias planas im  
mutātur: cum imites atque irācundā mentes p in  
fursionem supernā gratiā ad lenitatem mansuetu  
dinis redeunt. Quando enim uerbum ueritatis ab  
iracunda mente non recipitur: quasi asperitas iti  
neris gressum pergēntis repellit. Sed cum mens  
iracunda per acceptam mansuetudinis gratiā cor  
rectionis uel exhortatiois uerbum recipit: ibi pla  
nā uiam prädicator inuenit: ubi prius pro asperi  
tate itineris pgerere. i. prädicationis gressū ponere  
non ualebat. Sequitur. & uidebit omnis caro salu  
tare dei. Quia omnis caro accipitur omnis homo  
salutare dei uidelicet christum. christum i hac ui  
ta oīs homo uidere nō potuit. ubi ergo i hac sētē  
tia pphā propheciā oculū. nisi ad extremū iudicii  
diē tēdit: ubi cū aptis coelis: ministrātibus āgelis  
cōsedentibus apostolis i sede maiestatis suā chri  
stus apparuerit: oēs hunc electi & reprobi pariter  
uidebunt: ut & iusti de munere retributiois sine fi  
ne gaudeāt & iusti i ultione supplicii i ppetuū ge  
māt. Nā q̄a hoc ista sententia i tendit: quod i ex

*7 li in iugit  
p oppositio  
ne p no co  
imposuoz*

tremo examīe ab omni carne uidebitur: recte sub  
iungitur Dicebat autē ad turbas quæ exiebāt: ut  
baptizarentur ab eo. Genimina uiperarū: quōs ostē  
dit uobis fugere a uētura ira: Vētura enī ira ē ani  
maduersio ultionis extremæ: quā tūc peccator fu  
gere nō ualet: q̄ nūc ad lamēta poenitentia non re  
currit. Et notādū q̄ male soboles malorū parentū  
actiones imitātēs genimina uiperarū uocantur: q̄a  
p̄ hoc quōd bonis iuidēt: eosq̄ p̄sequūtur: quōd q̄  
busdā mala retribuunt: quōd lesiones proximis in  
grūt: quoniā ī hiis oībus priorū suorū carnaliū uia  
sequūtur: quasi uenenati filii de uenenatis parēti  
bus nati sūt. Sed q̄a iam peccauimus: q̄a usu malæ  
cōsuetudinis iuoluti sumus: dicat qd nobis facien  
dū sit: ut fugere a uētura ira ualeamus. Sequitur fa  
cite ergo fructus dignos poenitētiæ. In q̄bus uer  
bis notādū est. quod amicus spōsi nō solū fructus  
poenitētiæ sed dignos poenitentia admonet esse  
feciēdos. aliud nāq̄ est fructū facere: aliud dignū  
poenitētiæ facere. ut enim dignos poenitētiæ fru  
ctus loquamur: sciendū est q̄a q̄squis illicita nulla  
cōmīsit: huic iure conceditur ut licitis utatur. Sic  
que pietatis opera faciat: ut tamen si noluerit: ea  
quæ mundi sunt non relinquat. At si quis in forni  
catiois culpā uel fortasse quod grauius est: ī adul  
teriū lapsus est: tanto a se debet licita abscindere  
quanto se meminit & illicita p̄petrasse. Neq̄ enī

pars fructus esse boni opis debet eius: q̄ minus &  
 eius q̄ āplius deligt: aut eius q̄ ī nullis & eius q̄ ī q̄  
 busdā facinoribus cecidit. Per hoc ergo quod dici  
 tur facite fructus dignos poenitētia: unius cuius  
 que cōscientia cōuenitur: ut tāto maiora quærat  
 bonorum operum lucra per poenitentiam: quāto  
 grauiora sibi intulit damna per culpā. Sed iudæi  
 de generis nobilitate gloriantes idcirco se agnos  
 cere peccatores nolebāt: q̄a de abrahæ stirpe des  
 cēderāt. Quibus recte dicitur: & ne coeperitis di  
 cere patrem habemus abrahā: dico enī uobis q̄a  
 potens est deus de lapidibus istis suscitare filios  
 abrahæ. Quid enim lapides nisi corda gentilium  
 fuerint ad intelligendū uerbū dei patris omipote  
 tis īsensibilia? Sicut etiā q̄busdā ex iudæis dicitur  
 Auferā cor lapideū de carne uestra. Neq̄ īmeri  
 to lapidis nomine gētes significatæ sūt. quæ lapi  
 des coluerūt. Vnde scriptū est. Similes illis fiant  
 qui faciūt ea: & omnes qui cōfidūt in eis. De qui  
 bus nimirum lapidibus filii abrahæ suscitati sunt  
 quia dum dura corda gentilium ī abrahæ semine  
 idest ī christo crediderūt: eius filii facti sūt cuius  
 semini uniti sūt. Vnde & eisdem gentibus p̄ egre  
 gium prædicatōrē dicitur. si autē uos christi: ergo  
 abrahæ semen estis. Si igitur nos per fidē christi  
 abrahæ iam semen existimus: iudæi propter perfidi  
 diā abrahæ filii esse desierūt. quia uero ī illo tre

ad. 11  
mendi examinis die parentes boni malis filiis pro  
desse nō poterūt: testatur propheta q̄ dicit. Noe  
& dauid & Iob si fuerūt in medio eorum: uiuo ego  
dicit dominus: quia filium & filiam nō liberabūt:  
sed ipsi iusticia sua liberabūt animas suas. Et rur  
sum quia boni filii nihil malis parentibus proficit:  
sed ad reatum potius malorum parentum profici  
at bonitas filiorū: ipsa per se ueritas iudeis nō cre  
dentibus dicit. Si ego in belzeub eiicio dæmonia  
filii uestri in quo eiiciunt: Ideo ipsi iudices uestri  
erunt. Sequitur. Iam enī securis ad radicem arbo  
ris posita est. Omnis enī arbor quæ non facit fru  
ctum bonum: excidetur: & in ignem mittetur. Ar  
bor huius mūdi est uniuersū genus humanū. Secu  
ris uero est redemptor noster: qui uelut ex manu  
br̄io et ferro tenetur ex humanitate: sed icidit ex  
diuinitate. Que uidelicet securis iam ad radicē ar  
boris posita est: quia & si per patientiā expectat:  
uidet tamen quid factura est. Omnis enim arbor  
non ferens fructum bonum: excidetur: & ī ignem  
mittetur. Quia unusq̄sque peruersus paratam ci  
tius gehenæ <sup>ferri</sup> concremationē inuenit: qui hic fru  
ctum boni operis facere contempsit. Et notādum  
quod securim non iuxta ramos positam: sed ad ra  
dicem dicit. Cum enim malorū filii tolluntur: qd  
aliud quam rami infructuose arboris abscidūtur:  
Cum uero tota simul progenies cum parēte tolli

ad hoc loco  
p̄ ximitate  
p̄sificat

hic demonstra  
tione capit. 1.  
hoc loco ubi  
sumus hoc m  
udo/



tur: i fructuosa arbor a radice abscisa est: ne ia re  
 maneat uide praua iterum soboles succrescat. In  
 quib9 Ioannis baptistae uerbis constat: quod audi  
 entiu corda turbata sut: cum protinus subifertur.  
 Interrogabant eu turba dicentes: quid ergo facie  
 mus: p<sup>esturba</sup> p<sup>causa</sup> c<sup>est</sup> eni terrore fuerat: qua consiliu qua  
 rebat. Sequitur. respodent autē dicebat illis: q ha  
 bet duas tunicas det nō habēti. Et q habet escas  
 similiter fatiat. p hoc quod tunica plus est neces  
 saria usui nostro quā paliū: ad fructum dignū poe  
 nitētiā ptinet: ut nō solū exteriora quaeque & mi  
 nus necessaria: sed ipsa ualde nobis necessaria di  
 uidere cū proximis debeamus. s. uel escā qua car  
 naliter uiuimus: uel tunicam qua uestimur. Quia  
 eni in lege scriptū est: diligēs proximū tuum sicut  
 te ipsum: minus proximum amare cōuincitur qui  
 non cū eo in necessitate illius etiā ea quae sibi sut  
 necessaria partitur. Idcirco ergo diuidendis cū  
 proximo duabus tunicis datur preceptum: qa hoc  
 de una dici nō potuit. quoniā si una diuiditur: ne  
 mo uestitur. In dimidia qppe tunica & nudus re  
 maneat qui accipit: & nudus qui dedit. Inter hac  
 autē sciendū est quantū misericordiae opā ualeāt:  
 cū ad fructus dignos poenitentiae ipsa praeteris  
 praecipuntur. Hinc etiam per semetipsam ueritas  
 dicit. Date elemosinam: & ecce omnia mūda sunt  
 uobis. Hinc rursus ait. date & dabitur uobis. Hic

taxius

Scriptū est. ignē ardētem extiguit aqua. & elemo-  
sina resistit peccatis. Hinc iterū dicitur. concludere  
elemosinā ī corde paupis: & hæc pro te exorabit.  
Hic bonus pater inocentē filiū amonet dicens. si  
multū tibi fuerit: abūdanter tribue. si exiguū fue-  
rit: etiam exiguum libenter īpartiri stude. Vt au-  
tem quāta esset uirtus ī continētia & susceptione  
īdigiētū redemptor noster ostēderet: dixit. Qui  
recipit prophetam in nomine propheta: mercedē  
propheta: accipiet. Et qui recipit iustum in nomi-  
ne iusti: mercedē iusti accipiet. In quibus uerbis  
notandum est: quia non ait mercedem de prophe-  
ta: uel mercedem de iusto: sed mercedem prophe-  
ta: & mercedem iusti accipiet. aliud est enim mer-  
ces de propheta: aliud merces propheta. Quid ē  
enim dicere mercedē propheta: accipiet: nisi q̄a is  
qui prophetam sua largitate sustentat: quamuis  
ipse prophetiā nō habeat: apud omnipotētem ta-  
men dominū propheta: præmia habebit. Iste enī  
fortasse iustus est. Et quāto ī hoc mūdo nihil pos-  
sident: tāto loquendi pro iustitia fiduciā maiore ha-  
bet. Hūc dū ille sustentat: q̄ in hoc mūdo aliqd pos-  
sident: & fortasse pro iustitia adhuc log libere non  
præsumit: iustitiæ illius libertatē sibi participē fa-  
cit: ut cū eo pariter iustitiæ præmia recipiat: quē  
sustentādo adiuuit: quatenus eandem iustitiam li-  
bere loqui potuisset. Ille prophetie spiritu plenus

est: sed tamē corporeo eget alimēto. Et si corpus non reficitur: certum est quod uox ipsa subtrahatur. Qui igitur alimentum prophetæ propter hoc quod propheta ē tribuit: prophetiæ illius uires ad loquēdū dedit. Cū propheta ergo mercedem prophetæ accipiet. Quia et si spū prophetiæ plenus nō fuit: hoc tamē āte dei oculos exhibuit: quod adiuuit. Hinc ē quod de quibusdā pegrinātibus scribitur. Pro noīe enī christi pfecti sūt nihil accipientes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipere eiusmodi: ut coopatores simus ueritatis. Qui enim spūalia dona habentibus tēporalia subsidia tribuit: in ipsis donis spūalibus coopator existit. Nā cū pauci sūt q spūalia dona picipiūt: & multi q rebus tēporalibus abūdāt: p hoc se uirtutibus pauperū diuites inserūt: quod eisdē sāctis pauperibus de suis diuitiis faciātur. ūde cū p esaiā uocē dominus derelictæ gētilitati. i. sāctæ ecclīæ spūalium uirtutū merita) tanquā deserto arbuta promitteret: ulmū quoq; pariter promisit dicens. ponā desertū in stagna aquarū: & terram inuiam in riuos aquarum. dabo in solitudine cedrū & spinam myrtum & lignum oliuæ: ponam ī deserto abietem ulmum & buxū simul: ut uideāt & sciāt & cogitēt & itelligāt pariter. Desertū qppe dominus ī stagna aquarū & terrā inuiā ī riuos aquarū posuit: qā gentilitati quæ prius p ariditatē mētis nullos bonorū

opum fructus ferebat: <sup>de uirtute</sup> p̄fluenta s̄ctæ prædicatio  
nis dedit. Et ipsa ad quã prius pro asperitate suæ  
sicitatis uia prædicatoribus nō patebat: doctrinæ  
postmodum riuos emanauit. <sup>conuulsione</sup> Cui adhuc ex mune  
re magno promittitur. dabo ī solitudinē cedrū &  
spinam. Cedrū quia magni odoris est atq; iputri  
bilis naturæ iure accipimus ī promissione. De spi  
na uero cū peccanti homini dictū sit: terra tua spi  
nas & tribulos germinabit tibi. qd̄ <sup>est</sup> mirū nisi s̄ctæ  
ecclesiæ illud promittitur: quod peccanti homini  
pro poena multiplicatur. Sed cedri designantur  
nomine ii/qui uirtutes & signa exhibent in sua ope  
ratione. Qui dicere cū paulo ualent christi bonus  
odor sūmus deo. Quorū corda ita interno <sup>et uerbato</sup> amore  
solidata sūt ut ea iam terreni amoris putredo nul  
la corrumpat. per spinam uero signati sunt doctri  
næ spiritalis uiri qui dū de peccatis ac uirtutibus  
differunt & modo aeterna supplicia minantur mo  
do celestis regni gaudia promittunt cor audienti  
um pungunt. Sic q̄ie mentem dolore compunctio  
nis perforāt: ut ab eorum oculis quasi quidam s̄  
guis animæ lacrimæ decurrant. Myrtus uero tem  
peratiue uirtutis est ita ut dissoluta membra tem  
perando restringat quid igitur per myrtum nisi ii  
significati sunt qui afflictionibus proximorum cō  
pati sciūt eorum <sup>promissione</sup> tribulationem per compassionē  
temperant. iuxta hoc quod scriptum est Gratias

*emano. aq.  
Xbū actiū*

*minor.  
aris/A.*

*v. significatū ā*

*agm.*



autem deo qui consolatur nos in omni tribulatio  
 ne nostra: ut possimus & ipsi consolari eos qui in  
 omni præsura sūt. Qui dū afflētis <sup>debeant</sup> proximis uerbū  
 uel opem cōsolationis ferunt: eos proculdubio ad  
 statū rectitudinis restrīgūt: ne imoderata tribula  
 tione in despationem soluantur. Quos autem per  
 oliuā, nisi misericordes accipimus: Quia & grece  
 oleos misericordia notatur, & quasi oliuæ liquor  
 aīte dei omīpotentis oculos misericordiæ fructus  
 lucet. Cui adhuc in promissione subiūgitur. Ponā  
 in deserto abietem, ulmū & buxū simul. Quid per  
 abietem quæ ualde crescendo ad aeris alta sustol  
 litur: nisi hii designati sūt qui intra sanctā ecclesiā  
 adhuc ī terrenis corporibus positi: iā coelestia cō  
 tēplantur: Et quāuis de terra nascendo exierunt:  
 cōtemplādo tamen: iā iuxta ethera uerticē mētis  
 extollunt: Et quid per ulmū, nisi sæculariū mētes  
 expresse sūt, quæ dum terrenis adhuc curis īseruī  
 ūt: nullum uirtutum spiritalium fructum ferūt.  
 Sed si fructum proprium ulmus non habet: porta  
 re tamen uitem cum fructu solet. Quia & sæcula  
 res uiri intra sanctam ecclesiam quamuis spiritu  
 alium uirtutum fructum non habeāt: dum tamen  
 sanctos uiros donis spiritalibus plenos sua largi  
 tate sustentant. Quid aliud quam uitem cum bo  
 tris portant: Buxus autē quos alios designat quæ  
 in altum non proficit, & quamuis fructum non hā

beat: uiriditatem tamē habet: nisi eos q̄ itra factā  
 ecclesiam adhuc ex ætatis ifirmitate <sup>et a. r. o. r. o.</sup> bona opera  
 facere non ualent. sed tamen parentum fidelium  
 credulitate sequentes: fidem perpetue uiriditatis  
 tenent. Post q̄ omnia apte subiūgitur. Vt uideāt  
 & sciant & cogitent & intelligant pariter. Ad hoc  
 enim <sup>certe</sup> cedrus in ecclesia ponitur: ut quisquis a pro  
 ximo <sup>etia</sup> odoramina uirtutum spiritualium trahit: ip  
 se quoque in eternæ uitæ delectatione non torpe  
 at: sed ad donorū coelestium desideria ignescat.  
 Ad hoc spina ponitur. ut q̄ prædicationis eius cō  
 pūctus fuerit: ipse quoque exēplo illius discat cor  
 da sequentium prædicationis uerbo compungere  
 Ad hoc myrtus ponitur. ut q̄ in ardore tribulatio  
 nis ab ore uel opere proximi cōpaciētis tempera  
 mentū cōsolationis acceperit: ipse etiā discat que  
 madmodū afflictis proximis suæ cōsolationis tē  
 peramentum proferat. Ad hoc oliua ponitur. ut  
 qui alienæ misericordie opa cognoscit: discat que  
 madmodum debeat indigenti proximo & ipse mi  
 sereri. Ad hoc abies ponitur ut si quis uim cōtem  
 plationis eius agnouerit: ipse quoque ad contem  
 plāda æternā premia suscendatur. Ad hoc ulmus  
 ponitur. ut quisque intuetur eū qui habere fructū  
 uirtutum spiritualiū non ualet: sed tamen & eos q̄  
 spiritualibus donis pleni sunt sustētat. ipse quoq̄

+

sanctorum uitæ quanta ualet largitate iferuiat. &  
 celestiu donoru botros quos gignendo nō ualet:  
 sustentando ferat. Ad hoc buxus ponitur. ut qui  
 habere multos adhuc ī infirma ætate positos uere  
 fidei uiriditatē cōsiderat: esse ipse ifidelis erubef-  
 cat. Bene ergo descriptis prius arboribus dicitur.  
 ut uideāt sciant & recogitent & intelligāt. Vbi &  
 apte subiungitur pariter. Quia cum intra sanctā  
 ecclesiam diuersi hominum mores: diuersi sunt &  
 ordines: necesse est ut omnes simul discāt dum in  
 ea spirituales uiri diuersæ qualitatis ætatis & or-  
 dinis: ad imitandum simul uidentur. Sed ecce nos  
 dum mōstrare ulmū quærimus: per multa arbusta  
 lōgius euagati sumus. Ad hoc itaq; propter quod  
 propheta testimonium protulimus: reuertamur.  
 Qui accipit prophetam in nomine propheta: mer-  
 cedem propheta accipiet. Quia & si ulmus fructū  
 nō habet: uitem tamen cū fructibus portans hæc  
 ipsa sua efficit: quæ bene sustentat aliena. Quia  
 uero ad magna nos opera Ioannes amonet dicēs.  
 Facite ergo fructus dignos poenitentia. & rursus  
 Qui habet duas tunicas det non habenti: & qui ha-  
 bet escas simul faciat. iam patenter datur intelli-  
 gi quid est quod ueritas dicit. A diebus Ioannis  
 baptista usq; nūc regnum coeloru uim patitur: &  
 uiolenti rapiunt illud. Quæ superna uerba senten-  
 tia nobis sūt magnopere perscrutāda. Nam quæ  
 c.iiii.

rendum est quomodo uim pati. regnum coelorum  
possit. Quis enim coelo uiolentiā irrogat? Et rur  
sus quærendum est. si pati uim regnum coelorum  
potest: cur eadem uim a diebus Ioannis baptistæ  
& non etiam ante pertulerit? Sed cū lex dicat. Si  
quis hæc uel illa fecerit: morte moriatur. cunctis  
legētibus liquet: quia peccatores quosque poena suæ  
seueritatis pertulerit. nō autem per poenitentiā  
ad uitam reduxit. Cum uero Ioannes baptista re  
demptoris gratiam percurrens poenitentiam præ  
dicat: ut peccator qui ex culpa est mortuus: per con  
uersionem uiuat. profecto a diebus Ioannis bap  
tistæ regnū coelorum uim patitur. quod est autē regnū  
coelorum: nisi locus iustorum? Solis enim iustis coele  
stis patriæ premia debentur: ut humiles. casti. mi  
sericordes: ad gaudia superna pueniāt  
Cum uero quis uel supbia tumidus. uel carnis fa  
cinore pollutus. uel iracundiæ facibus accensus. uel  
crudelitate ipsius: post culpas ad poenitentiā red  
dit. Et uitam æternam percipit: quasi in locū pec  
cator intrat alienum. A diebus ergo Ioannis bap  
tistæ regnū colorum uim patitur: & uolenti rapiūt  
illud. Quia qui poenitentiam peccatoribus idixit  
quid aliud quam regnum coelorum fieri uolenti  
am docuit? Recogitemus ergo fratres charissimi  
mala quæ facimus. & nos metipsos assiduū lamen  
tis atteramus. Hereditatem iustorum quā nō tenui



mus per uitam: rapiamus per poenitentiam. Vult  
 a nobis omnipotens deus talem uiolentiã perpeti  
 Nam regnum celorũ rapi uult nostris flectibus:  
 quod nostris meritis non debetur. a spei ergo cer  
 titudine nulla nos malorum nostrorum qualitas.  
 nulla quãtitas frangat. prestat magnã uenix fidu  
 ciam latro ille uenerabilis: qui non inde uenerabi  
 lis unde latro. Nã latro ex crudelitate: uenerabi  
 lis ex cõfessione. Cogitate ergo. cogitate quã sit  
 incomprehensibilia in omnipotenti deo misericor  
 diã uiscera. Latro iste cruẽtis manibus abstractus  
 a facie itineris: suspensus est in patibulum crucis.  
 Ibi cõfessus est. ibi sanatus. ibi audire meruit: ho  
 die mecũ eris in paradiso. Quid est hoc: Quis tantã  
 bonitatẽ dei dicere. qd estimare sufficiat: De ipsa  
 poena criminis puenit ad premia uirtutis. Idcirco  
 autem omnipotens deus electos suos in qbusdam  
 lapsibus cadere pmisit: ut aliis i culpa iacentibus  
 si toto ad eũ corde cõsurgant: spẽ uenix reddat: &  
 eis p lamẽta penitẽtia uiã pietatis aperiat. Exer  
 ceamus ergo nos metipfos i lamẽtis. extiguamus  
 flectibus: & dignis penitẽtia fructibus culpas ter  
 gamus. tẽpora idulta nõ pereãt: qa q multos a su  
 is iniquitatibus iã sanatos aspiciamus: qd aliud quã  
 supernã misericordia pignus tenemus: Ipso adiu  
 uante qui cum patre uiuit & regnat in unitate spi  
 ritus sancti deus: p omnia sæcula sæculorũ Amen

Segmentū ex principio euāgelii Ioānis. i. capite.

**I**N principio erat uerbū; & uerbū erat apud deū; & deus erat uerbū. Hoc erat ī p̄ncipio apud deū. Oīa p̄ ipsū facta sunt; & sine ip̄o factū est nihil. Quod factum est ī ip̄o uita erat; & uita erat lux hominū & lux ī tenebris lucet & tenebræ eā nō cōprehēderūt. Fuit homo missus a deo; cui nomē erat Iohānes. Hic uenit ī testimoniū; ut testimoniu phiberet de lumine; ut oēs crederēt per illū. Non erat ille lux sed ut testimoniū phiberet de lumine. Erat lux uera quæ illuminat oēm hominē uenientē ī hūc mundū. ī mūdo erat; & mūdus p̄ ipsū factus est; & mundus eū nō cognouit. In propria uenit; & sui eū nō receperūt. Quotquot autē receperunt eū; dedit eis potestātē filios dei fieri; iis qui credunt in nomine eius; q̄ non ex sanguinibus neq; ex uolūtate carnis neq; ex uolūtate uiri sed ex deo nati sūt; & uerbū caro factū est; & habitabit ī nobis. & uidimus gloriā eius; gloriā quā si unigeniti a patre plenum gratiæ & ueritatis. Et reliqua **H**omelia beati augustini episcopi.

**Q**uia tēporalē mediatoris dei & hominis iesu christi natiuitatē; quæ hodierno die facta est; sanctorum uerbis euāgelistarum matthæi uidelicet & lucæ manifestatam cognouimus; libet etiā de uerbi idē diuinitatis eius æter

nitate in qua patri manet semper æqualis: beati  
 Ioannis euangelistæ dicta scrutari: qui singulari  
 priuilegio meruit castitatis: ut cæteris altius diui  
 nitatis ipsius caperet simul: & patefaceret archa  
 num. Neque enim frustra in coena supra pectus  
 domini Iesu recubuisse peribetur: sed per hoc ty  
 pice docetur. quia coelestis haustum sapientiæ cæ  
 teris excellentius de sacrissimo eiusdem pectoris  
 fonte potauit. Vnde & merito in figura quattuor  
 animalium aquilæ uolanti cõparatur. Cũctis quip  
 pe auibus aquila celsius uolare: cunctis animanti  
 bus clarius solis radiis infigere consuevit obtutus  
 Et cæteri euangelistæ quasi in terra ambulat cū  
 domino: qui temporalem eius generationem pari  
 ter et temporalia facta sufficienter exponentes:  
 pauca de diuinitate dixerūt. Hic autem quasi ad  
 coelum uolat cum domino: qui per pauca de tem  
 poralibus eius actis edisserens æternā diuinitatis  
 eius potentiā per quem omnia facta sunt: sublimi  
 us mente uolando & limpidius specularando cogno  
 uit: ac nobis cognoscendam scribēdo tradidit. Er  
 go alii euangeliste christū ex tempore natum des  
 cribunt: Ioannes eundem in principio testatur fu  
 isse dicens. In principio erat uerbum. Alii inter  
 omnes eum subito apparuisse commemorāt: ille  
 ipsum apud deum semper fuisse declarat dicens.  
 Et uerbū erat apud deum. Alii uerum hominem

ille uerum confirmat deum esse dicens . Et deus erat uerbum. Alii hominem eū apud homines temporaliter cōuersatum: ille deum apud deū in principio manentem ostendit dicens. Hoc erat in principio apud deū. Alii magnalia quæ in homine gel sit perhibent: ille quod omnem creaturam uisibilem & inuisibilem per ipsum deus pater fecerit docet dicens. Omnia per ipsum facta sūt: & sine ipso factū est nihil. Et mire beatus Ioānes ī initio euāgelii sui de diuinitate saluatoris & fidē recte credentium sublimiter imbuit: & hereticorum perfidiam potenter exuperat. Fuerūt namque heretici qui dicerent. Si ergo natus est christus: erat tempus quando ille nō erat. Quos primo sermone redarguit: cum ait. In principio erat uerbum. Neque ait in principio coepisset esse uerbum: ut uidelicet eum non ex tempore ortum: sed ante ortum temporum existentē: ac per hoc sine ullo temporis initio de patre natum monstraret. Iuxta quod ipse loquitur in proberbiis. Dominus possedit me in initio uiarum suarum: ante quam quicquam faceret a principio: ab æterno ordinata sum. Item fuerunt heretici qui tres factæ trinitatis psonas esse negantes dicerent . idem deus quando uult pater est. quando uult filius est. quando uult spiritus sanctus est. ipse tamen unus est. Quorum destruens errorē subiūgit. Et uerbum erat apud deū. Si enī



alius apud alium erat: duo sunt profecto pater &  
 filius & nō unus. ipse modo pater modo filius mo-  
 do etiam spiritus sanctus: quasi mutabilis sit diui-  
 næ substantiæ natura: cum apertissime iacobus di-  
 cat apostolus. Apud quem non est transmutatio:  
 nec uicissitudinis obumbratio. Item fuere quidā  
 prauī dogmatis auctores qui christum hominem  
 tantum confitentes deum prorsus esse non crede-  
 rent. Quos cōsequenter opprimit cū ait. Et deus  
 erat uerbū. fuere alii qui deū quidem illū: sed ex  
 tempore incarnationis factum non autem æternū  
 ante sacula natū esse a patre putarent. Vnde qui  
 dam taliter dixisse commemoratur. Non in deo  
 christo facto deo: quoniam & ego si uolo possum  
 fieri secundum ipsum. & horum nefandam refellit  
 sententiam euangelista cum ait. Hoc erat in prin-  
 cipio apud eū idest hoc uerbum quod deus est nō  
 ex tempore coepit: sed in p̄cipio erat deus apud  
 deum. Item fuere ueritatis inimici: qui christum  
 & ante partum uirginis fuisse: iam non negarent:  
 non tamē natum ex patre deum: sed factum a pa-  
 tre. & ideo minorem patre: quia creaturam crede-  
 rent. Etiam hos damnat euangelicus sermo qui  
 dicit. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso fa-  
 ctū est nichil. Si enī nichil creaturarū sine ipso fa-  
 ctū est: patet profecto quia ipse creatura non est: p̄-  
 quem omnis creatura facta est. & nequis audiens:

factam per deum creaturā mutabilem crederent; eiꝯ uoluntateꝯ quasi subito uellet facere creaturā quam ab æterno nūquā fecisset; manifeste docet euāgelista factam quidem in tempore creaturam sed in æterna creatoris sapientia quando & qualis crearetur semper fuisse dispositū. & hoc quod ait. Quod factum est in ipso uita erat. idest quod factum ī tempore sine uita carens apparuit omne hoc ī spiritali factoris ratione semper uixerat & uiuit. Nō quia coæternum est creatori quod creauit: sed quia coæterna est illi ratio uolūtatē suæ in qua ab æterno habuit & habet quid & quando crearet: qualiter creatum gubernet ut maneat. ad quem finem singula quæ creauit: perducatur. Sequitur. & uita erat lux hominum. Quo uerbo aperte docetur quod ipsa uitalis ratio per quam omnia disposita sunt & reguntur non omnem creaturam sed rationabilem tantū ut sapere possit illuminat Homines namque qui ad imaginem dei facti sūt percipere sapientiā possūt: animalia nō possunt. Sed & animalis quicumque est homo: non præcipit ea quæ sunt spiritus dei. Vnde bene cum dixisset & uita erat lux hominū subiunxit & de iis qui ab humanæ cōditionis honore procul recedentes comparati sunt iumentis insipientibus & similes facti sunt illis: atque ideo recte ueritatis luce priuauit. Et lux in tenebris luget. & tenebræ eam

non comprehenderunt. Lux quippe est hominum  
 christus: qui omnia quæ illuminari merentur cor  
 da hominum: suæ præsentia cognitionis illustrat.  
 Tenebræ autem stulti sunt. & iniqui: quorum cæ  
 ca præcordia lux æternæ sapientiæ qualia sūt ma  
 nifeste cognoscit. quamuis ipsos radios eiusdem  
 lucis nequaquam capere intelligentiam possint.  
 Veluti si cuiuslibet cæco iubar solis ostenditur: nec  
 tamen ipse solem eius lumine p̄fusul aspiciat. Sed  
 non tamen tales om̄ino sup̄nā pietas despexit ue  
 rā medelā eis salutis qua ad uidendā lucem p̄ue  
 nire possit adhibuit: ipsa lux inuisibilis. ipsa dei sa  
 pientia in qua uideri possit induta est: quæ in ha  
 bitu hominis apparet & loquens hominibus pau  
 latim fide purificata eorū corda ad cognitionem  
 suæ diuinæ uisionis proueheret. Missus est ante  
 illum homo magni meriti cuius testimonio para  
 rētur omnes ad audiendam mox ut apparet ip  
 sam dei sapientiam. Ad uidendum ipsum solem  
 iusticiæ nube iam corporis tectum: idest ad uidē  
 dum audiendumque hominem qui deus esset ple  
 num gratiæ & ueritatis. Fuit homo iquit missus  
 a deo cui nomen erat Ioannes. Hic uenit in testi  
 monium ut testimonium perhiberet de lumine ut  
 omnes crederent per illum. Nō ait ut omnes cre  
 derent in illum. Maledictus homo qui confidit  
 in homine & ponit carnem brachii sui; sed ut oēs :

crederet per illum: Hoc est per illius testimoniū  
crederent in lucem quam nec dum uidere nouerāt  
deum uidelicet ac dominum nostrū iesum christū  
qui de se ipso testatur. Ego sum lux mūdi. qui se  
quitur me non ambulat in tenebris: sed habet lu  
men uitæ. Sequitur. Non erat ille lux: sed ut te  
stimonium perhiberet de lumine. Erat lux uerā  
quæ illuminat omnē hominem uenientem in hūc  
mundum. Et sancti quidem homines lux sunt re  
cte uocati: dicente ad eos domino. Vos estis lux  
mundi. & apostolo paulo fuistis enim aliquando.  
tenebræ: nunc autem lux in domino. Sed multum  
distat inter lucem quæ illuminatur: et lucem quæ  
illuminat. inter eos qui participationem ueræ lu  
cis accipiunt ut luceant: & ipsam lucem perpetuā:  
quæ non solum lucere in se ipsa: sed sua præsentia  
quoscūq; attigerit illustrare sufficit. Ad cuius cō  
parationem ueræ lucis nō tantū minores quilibet  
electi: uerū etiam ipse Ioānes quo maior inter na  
tos mulierum non surrexit lux nō esse asseritur:  
ut uidelicet non esse christus quod putabatur mō  
stretur. Ille enī ut scriptū est erat lucerna ardens.  
Ardens scilicet fide & dilectione: lucens uerbo &  
actione. Gratiā ueræ lucis pectoribus infundere so  
lius ē eius de quo dicitur. Erat lux uera de quo di  
citur erat lux uera que illuminat oēm hominē ue  
nientē in hūc mūdū. Omnē uidelicet q̄ illuminatur



siue naturali ingenio; seu sapiētia diuina. Sicut enī  
 nemo a se ipso esse potest: ita etiā nemo a se ipso  
 sapiens esse potest: sed illo illustrāte de quo scrip-  
 tum est. Omnis sapiētia a domino deo est. Cuius  
 utrāq; naturā: & diuinā uidelicet qua semp ubiq;  
 totus manet: & humanā ex qua in tempore natus  
 loco inclusus apparuit: consequenter euangēlista  
 describit dicens. In mundo erat: & mundus per ip-  
 sum factus est: & mundus eū nō cognouit. In pro-  
 pria uenit: & sui eū non receperūt. In mūdo quip-  
 pe erat: & mūdo per ipsum factus est: quia deus  
 erat: q̄a totus ubiq;: quia suæ præsentia maiestatis  
 sine labore regit: & sine honore continet: quod fe-  
 cit. Et mūdo eū nō cognouit. q̄a lux in tenebris  
 lucet: & tenebræ eam nō cōprehēderūt. Mūdo  
 namq; hoc loco dicit homines mūdi amore decep-  
 tos: atq; iherēdo creaturæ ab agnoscenda creato-  
 ris sui maiestate reflexos. In propria uenit: q̄a in  
 mundo quem per diuinitatē fecit: per humanitā-  
 tem apparuit. In propria uenit: q̄a ī gente iudea:  
 quā sibi præceteris nationibus speciali gratia co-  
 pulauerat: incarnari dignatus est. In mundo ergo  
 erat: & in mundum uenit. In mundo erat per diui-  
 nitatē: in mundum uenit per incarnationē. Ve-  
 nire quippe uel abire humanitatis est: manere di-  
 uinitatis. Quia ergo cum in mundo esset per diui-  
 nitatē: mundus eum non cognouit: dignatus est  
 d. i.

uenire ī mundum p̄r humanitatem: ut uel sic cū  
mūdus cognosceret. Sed uideamus quod sequitur.  
In propria uenit: & sui eū nō receperūt. Quē enī  
ī potentia deitatis cūcta createm regentēq; nō co  
gnouerāt: ipsū in carnis infirmitate miraculis cho  
ruscantē recipe noluerūt. Et quod grauius est: sui  
eū nō receperunt. homines scilicet. quos ipse crea  
uit: iudæi quos peculiare sibi elegerat ī plebem. q̄  
bus suæ cognitionis reuelauerat archanū: quos mi  
rificis patrū glificauerat actibus. q̄bus suæ legis  
doctrinā cōtulerat. Ex q̄bus se incarnandū promise  
rat: & ī q̄bus se incarnatū ut permisserat ostēdit:  
īpsi eū recipere ueniētem magna ex parte recusa  
runt. Neq; enim omnes recusare: alioquin nullus  
esset saluus. Nunc autē multi eū ex utroq; popu  
lo credendo: receperūt. De quibus euāgelista cō  
sequenter īsinuat: dicens. Quotquot autē recepe  
rūt eū dedit eis potestatem filios dei fieri: iis q̄ cre  
dunt in nomine eius. Consideremus fratres charis  
simi: quanta gratia redēptoris nostri. quā magna  
sit multitudo dulcedinis eius. Vnicus ex patre na  
tus est: & noluit remanere unus. Descēdit ad ter  
rā ubi fratres sibi. q̄bus regnū patris sui dare pos  
set: adq̄reret. Deus ex deo natus ē: & noluit esse  
dei tantū filius: fieri homo dignatus est: nō amit  
tens quod erat: sed assumens quod nō erat: ut per  
hoc homines in dei filios trāsferret. gloriæq; suæ

faceret coheredes: qui quod ipse semper habebat  
 p naturā: inciperent habere per gratiā. Cōsidere  
 mus quanta uirtus ē fidei: cuius merito potestas  
 datur hominibūs filios dei fieri. Vnde bene scrip-  
 tum est: quia iustus ex fide uiuit. Viuit enī iustus  
 ex fide: non illa quæ labiōrum tantū confessione  
 profertur: sed ea quæ per dilectionē opatur. Alio  
 quin fides si nō habeat opera: mortua est ī semet  
 ipsa. Nullus se ipsū despiciat: nullus de sua salutē  
 desperet. Curramus omnes: curramus singuli. ut  
 qui eramus lōge: mereamur fieri prope ī sāguine  
 christi. Videamus quod dicitur. Quia quotquot  
 receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fi-  
 eri. Quotquot inquit rēceperunt. Non est enim  
 personarum acceptor deus: sed in omni gente qui  
 timet eum: & operatur iustitiam: acceptus est illi  
 Quo autem ordine credentes filii dei posunt fieri  
 & quātū hęc generatio a carnali distet: subsequen-  
 tus euangelista designat. Qui non ex sāguinibus  
 inquit neq; ex uoluntate carnis: neq; ex uolūtate  
 uiri: sed ex deo nati sunt. Carnalis quippe nostra  
 sigulorum generatio ex sāguinibus. idest ex natu-  
 ra maris & foemina a cōplēxu coniugii duxit ori-  
 ginem. At uero spūalis spiritu sancti gratia mini-  
 stratur: quam a carnali distinguens dominus ait.  
 Nisi qui regnatus fuerit ex aqua & spiritu sācto:  
 non potest introire in regnū dei. Quod natum est  
 d. ii.

ex carne: caro est. & quod natū est de spiritu: spi-  
ritus est. Verum nequis hominum dubitet filium  
esse dei: dat exemplum euangelista. Quia & ipse fi-  
lius dei homo fieri: & inter homines habitare di-  
gnatus est: ut humanæ particeps existendo fragi-  
litas homines diuinæ uirtutis suæ donaret esse  
participes. Et uerbū caro factum est: & habitauit  
ī nobis. Quod est dicere: & filius dei homo factus  
est: & inter homines conuersatus est. Solet namq;  
scriptura modo animæ modo carnis uocabulo to-  
tū designare hominē: animæ uidelicet. ut scriptū  
est. Quia descendit iacob in egiptū in animabus  
septuaginta. Carnis uero ut rursus scriptū est. Et  
uidebit omīs caro salutare dei. Neque enim uel  
animæ sine corporibus descendere in egiptum:  
uel caro sine anima uidere aliquid potest. sed hic  
per animam totus homo: ibi signatur per carnē.  
Sic ergo hoc loco quod dicitur. Et uerbum caro  
factum est. nihil aliud debet intelligi: quam si di-  
ceret: & deus homo factus est. carnem uidelicet ī-  
duendo & animam. ut sicut quisque nostrum nūq;  
homo ex carne cōstat & aīa: ita unus ab īcarnati-  
ōis tēpore christus ex diuinitate. carne. & aīa: cō-  
stet. Deus ab æterno in æternū existens uerus ut  
erat: hominem ex tempore assumēs ī unitatē suæ  
personæ ueram quā non habuerat īduiit carnem.  
Seqtur. Et uidimus gloriā eius. gloriā quasi uni-



geniti a patre. Plenum gratiæ & ueritatis. Glori-  
 am christi. quam ante incarnationem uidere non  
 poterant homines: post incarnationem uiderunt.  
 Aspicientes humanitatem miraculis refulgentem:  
 & intelligentes diuinitatem intus latitantem. Illi  
 maxime qui & eius claritatem ante passionem trans-  
 figurati in monte sancto contemplari meruerunt  
 uoce delapsa ad eum huiusmodi a magna glo-  
 ria. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi com-  
 placuit. Et post passionem resurrectionis. ascensio-  
 nisq; ipsius gloria cospicua: spiritus eius sunt do-  
 no mirifice resecti. Quibus omnibus manifeste co-  
 gnouerunt: quod huiusmodi gloria non cuilibet san-  
 ctorum: sed illi solum homini qui esset in diuinita-  
 te unigenitus a patre: conueniret. Quod autem se-  
 quitur. Plenum gratiæ & ueritatis. Gratia plenus  
 erat idem homo christus Iesus: cui singulari mu-  
 nere pre cæteris mortalibus datum est: ut statim  
 ex quo in utero uirginis concipi: & homo fieri in-  
 ciperet: uerus esset & deus. Vnde & eadem glorio-  
 sa semper uirgo maria: non solum hominis christi:  
 sed & dei genitrix recte credenda & confitenda est.  
 Idem ueritate plenus erat: & ipse est. Ipse uidelicet  
 uerbi diuinitate: quæ hominem illum singulari-  
 ter electum: cum quo una christi persona esset: assu-  
 mere dignatus est. Non aliquid suæ diuinæ substân-  
 tiæ: ut heretici uolunt in faciendam hominis natu-

ram cōmutās : sed ipse apud patrem manens totū  
quod erat. totam de semine dauid naturā ueri ho  
minis quam non habebat : suscipiens. Vnde oportet  
fratres charissimi : ut qui humanam redempto  
ris nostri natiuitatem hodie ā nua deuotione reco  
limus : & diuinam pariter & humanam eius naturā  
non ā nua : sed continuo semper amplectamur amo  
re. Diuinam per quam creati sumus : cum nō esse  
mus. Humanam p quam recreati sumus : cum per  
diti essemus. Et quidem diuina conditoris nostri  
uirtus sine assumptione humanitatis nos recreare  
erat idonea : Vna autem eiusdem redēptoris no  
stri infirmitas sine assumente se. & ihabitante in  
se. & operante per se diuinitate : nos recreare neq  
uit. Atque ideo uerbū caro factum est. idest deus  
homo factus est. Et habitauit in nobis. ut p cogni  
tum nobis hominis habitum in nobis conuersādo  
cōgrue nos ad loquendum instruere. nobis uiuen  
di uia prābere. pro nobis contra hostem conflige  
re. nostrā mortē moriēdo ac resurgendo posset de  
struere. Per quā coeternā uero dei patri diuinita  
tem nos interius uiuificādo : ad diuina sustolleret :  
remissionemq; nobis peccatorum pariter & spūs sã  
cti dona concederet. & post bonorum perfectionē  
operum : nō solū nos ad uidendā gloriā clarificatæ  
suæ perducerent humanitatis : sed incomutabile  
nobis essentiā suā diuinæ maiestatis ostenderet.

Segmentum ex euangelio luca secundo capite.  
quod canitur in die circuncisionis domini nostri.

**I**n illo tempore. Postquam consumati sunt  
dies octo ut circūcideretur puer: uocatum  
est nomen eius Iesus. Quod uocatum est ab ange  
lo: priusquam in utero conciperetur. Et reliqua.

Homelia uenerabilis bedæ presbyteri.

**A**nctam uenerandamque præsentis festi  
memoriam paucis quidem uerbis euāge  
lista comprehendit. Sed non pauca coele  
stis mysterii uirtute grauidam reliquit. Expōsita  
namque natiuitate dominica: cuius gaudia mox  
angeli dignis laudibus extulerunt. pastores deuo  
ta uisitacione celebrarunt. omnes qui tunc audie  
re mirati sunt. nos quoq; pro modulo nostro: pro  
ut potuimus proxime domino largiente congruis  
missarū hymnorūq; sollēniis exegimus. Subiūgit:  
atq; ait. Et postquam cōsumati sunt dies octo ut  
circūcideretur puer: uocatū est nomen eius Iesus.  
quod uocatum est ab āgelo: Priusquam in utero  
cōcipetur. Hæc sunt festiuitatis hodiernæ gaudia  
ueneranda. hæc sollēnitas diei. hæc illa supnæ pi  
etatis munera sacrosancta: quæ fideiū cordibus  
cōmendans apostolus ait. Quia ubi uenit plenu  
do tporis: misit deus filiū suū natum ex muliere.  
factū sub lege: ut eos q sub lege erāt: redimeret:  
ut adoptionem filiorū recipemus. Magna namq;  
d. liii.

dispensatione pietatis ad redemptionem generis hu-  
mani deus pater non angelum. non archangelum  
sed filium suum unigenitum mittere dignatus est.  
Quem quia in diuinitatis suae specie uideri nequi-  
mus. magna rursu dilectionis arte prouidit: ut huc  
factu ex muliere: hoc e ex matris carnis substā-  
tia sine uirili admixtione conceptu ad humanos ue-  
ru homine proferret aspectus. Qui i diuina uirtu-  
te ac substātia manes p omnia quod erat: uera na-  
turae mortalis infirmitatem quam non habebat: in-  
dueret. Et ut nobis necessariam obediendi uirtutem  
praeipuo comendaret exemplo: factum sub lege  
filium suum misit deus in mundu. Non quia ipse  
legi quicquam debeat: qui unus magister noster  
unus est legislator & iudex: sed ut eos q sub lege  
positi honora portare nequerat: sua compassione iu-  
uaret: ac de seruili condicione qua sub lege erat:  
ereptos in adoptionem filioru qua p gratiam est: sua  
largitate reduceret. Suscepit igitur circumcisionem  
lege decretam i carne: q absq; oī prorsus labe pollu-  
tionis apparuit in carne. Et q i similitudine carnis  
peccati nō autē i carne peccati aduenit: remedio  
quo caro peccati consueuerat. mundari nō respuit.  
Sic etiā undā baptismatis. qua nouae gratiae popu-  
los a peccatoru sorde lauare uoluit. ipse non neces-  
sitate sed exempli causa subiit. Scire etenim debet  
ura fraternitas: qā idē salutifere curationis auxiliū



circūcisio in lege cōtra originalis peccati uulnus  
 agebat. quod nunc baptismus agere reuelāte gra  
 tia tpe cōsueuit. excepto q̄ regni coelestis ianuā  
 necdū intrare poterāt: donec adueniēs benedictio  
 nē daret: q̄ legem dedit ut uideri possit deus deo  
 rū in syon. Tātum in sinu abrahæ post mortē bea  
 tæ regei consolati supnæ pacis ingressū spe foelici  
 expectabāt. Qui enim nūc per euangelium suum  
 terribiliter ac salubriter clamat. Nisi q̄ regnatus  
 fuerit ex aqua & spū s̄cto: nō potest itroire in re  
 gnum dei. Ipse dudū p̄ legem suā clamabat. Mas  
 culus cuius prapucii caro circūcisa nō fuerit: peri  
 bit aīa illa de populo suo: q̄a pactū meū irritū fe  
 cit. Id est q̄a pactū uitæ ī paradyso hominibus mā  
 datū adam præuaricante transgressus est: in quo  
 omnes peccauerunt. peribit de cætu s̄ctorū: si nō  
 ei fuerit remedio salutarī subuētum. Vtraq̄ ergo  
 purificatio & circuncisionis uidelicet in lege & in  
 euangelio baptismatis: tollēde præuaricatiois pri  
 mæ gratia posita ē. & ne cui sæculo labētis atatis  
 supni respectus munera deessēt: illi quoq̄ qui mū  
 di in exordio usq̄ ad tempora datæ circūcisionis:  
 uel post datam circūcisionem de aliis nationibus  
 uel certe sola fidei uirtute suas suorumq̄ animas  
 creatori cōmēdātes a primi reatus uiclis absolue  
 re curabāt. Sine fide enī īpossibile ē placere deo.  
 Et sicut alias scriptū ē. Iustus at ex fide uiuit. sed

ueniens in carnem dei filius: qui solam carnis naturam nullam autem peccati contagionem traxit de adam. Et quia spiritus sancti uirtute de uirgine conceptus & natus est: & nullo eguit munere gratiae renascētis: utrūq; genus purificationis subire dignatus est. Et circūcisus uidelicet a parentibus octaua die natiuitatis: & tricesimo ætatis año baptizatus a Ioāne. immo etiā tertiu salutaris hostiæ munus ipse dominus tēpli pro se non respuit offerri. cuius die hinc tricesima tertia domino opitulante: uña caritas auditura simul est: & celebratura mysteriū. Cūcta iquam & legalis & euāgelicā purificationis genera: q nullo idiguit dominus suscipe nō despexit: ut & consumādæ iā legis decreta suo tēpore doceret eē saluberrima: & aduenientis euāgelii cūctis fidelibus ostēderet aquæ subeūda remedia sed & hoc q eodē die suæ circūcisiois nomē ut Iesus uocaretur: accepit ad imitationē priscae fecit obseruationis. Quā ex eo credimus sūptā quod abrahā p̄archa q primū circūcisionis sacramentū in testimonium suæ magnæ fidei & diuinæ ad eū factæ promissiois accepit eodē die suæ suorumq; circūcisionis: etiā nominis amplificatione simul cū sua coniuge benedici promeruit. Vt qui eatenus abram pater excelsus dictus est: deinde abraham idest pater multarū gētū uocaretur. q̄a patrem inquit multarū gentiū cōstitui te. Quæ si

deliffima promiffio tam late per orbem : iam pa-  
 tet impleta. ut etiam nos ipfi de gentibus ad fidei  
 illius deuotionem uocati ipfū nos patrem fpiritua-  
 liter habere gaudeamus. Dicete etiam nobis apo-  
 ftolo. Si autē uos christi: ergo semen abrahæ estis  
 fecū dū promiffionē heredes. & saray inquit uxore  
 tuā nō uocabis saray: sed sarrā. idest non uocabis  
 principē meā: sed principē. Videlicet aperte docet  
 ut eā quæ tante fidei particeps & socia facta ē: nō  
 proprie p̄cipē suæ domus: sed absolute p̄cipē.  
 idest omniū recte credētium foeminatū uocaret:  
 & intelligeret esse parentem. Vnde beatus petrus  
 apostolus credentes de gentibus foeminas ad hu-  
 militatis. castitatis. & modestie uirtutē prouocās  
 eiusdem matris nostræ sarræ debita cū laude me-  
 minit. Sicut sarrā inquit obediebat abrahæ domi-  
 nium eum uocās. cuius estis filia beneficientes: &  
 non timentes ullam perturbationem. Nec non di-  
 lectionē nostram fratres amonere curauimus: ut  
 singuli uestrū meminerit: etiam se ipsos p̄cepta fi-  
 de christi. cum patriarchis non solū nominis excel-  
 si meruisse consortium: sed percepta in christo pu-  
 rificatione baptismi salutaris deriuatū a nomine  
 christi gaudeāt mutasse cognomē. & hoc usq; ad  
 finē firmum itemeratumq; seruare contendant.  
 Gaudentes in se illud esaia uaticiniū esse comple-  
 tū. Et seruos suos uocabit noīe alio hoc est nomi-

ne christiano: quo omnes nunc serui christi: se delectantur insigniri. Neque enim nomen aliud sub coelo datum est hominibus: in quo oporteat nos saluos fieri. Unde propheta consequenter adiungit. In quo qui benedicendus est super terram: benedicetur in domino amen. Dicit & alias de eodem multiplicanda etiam de gentibus ecclesiam alloquens. Videbunt gentes iustum tuum: & cuncti reges inclitum tuum. Et uocabitur tibi nomen nouum: quod os domini nominauit.

**S**egmentum ex euangelio matthaei, ii. capite. quod canitur in epiphania domini.

**Q**uoniam natus esset Iesus in bethleem iudae in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente uenerunt hierosolymam dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorum: Vidimus enim stellam eius in oriente: & uenimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: & omnis hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi: sciscitabatur ab eis ubi christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethleem iudae. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda: nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum israhel. Tunc herodes clam uocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stellae que apparuit eis: & mittens illos in bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis



renunciate mihi: ut & ego ueniens adorem eum.  
 Qui cū audissent regem abierunt. Et ecce stella  
 quam uiderant ī oriente antecedebat eos usq; dū  
 ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autē  
 stellā: gauisi sūt gaudio magno ualde. Et intrātes  
 domum inuenerunt puerū cū maria matre eius: &  
 procidentes adorauerūt eū: & aptis thesauris suis  
 obtulerūt ei munera aurū. thus. & myrrhā. Et res  
 pōso accepto in sōniis ne redirēt ad herodē: p aliā  
 uiam reuerfi sunt in regionem suam. Et reliqua.

**H**omelia beati gregorii papæ

**S**icut ī lectione euangelica fratres chari  
 ssimi audistis: celi nato rege: rex terræ  
 turbatus est. quia nimirū terræna altitudo cōfun  
 ditur: cum cōelstudo coelestis aperitur. Sed quæ  
 redum nobis est: quid nam sit quod redemptore  
 nostro nato pastoribus angelus apparuit. atq; ad  
 adorādū hūc ab oriēte magos nō angelus: sed stel  
 la perduxit. Quia uidelicet iudæis. tāquā ratione  
 utentibus: rationale animal idest āgelus: prædica  
 re debuit. Gentiles uero qā uti ratione nesciebāt.  
 ad cognoscedū dominū nō p uocē: sed p signa per  
 ducuntur. Quia & illis prophetiæ tāquā fidelibus  
 nō infidelibus: data sunt. Et notandum quod re  
 demptorem nostrū cum iam perfectæ esset atatis  
 eisdem gentibus apostoli prædicāt: eūq; paruulū

& necdū per humanū corporis officiū loquentem  
stellā gētibus denunciāt. Quia nimirū rationis or  
do poscebat: ut & loquētē iā dominū loquētes no  
bis prædicatores inotescerent: & nec dū loquentē  
elemēta muta prædicarēt. Sed ī oībus signis quæ  
uel nascēte domino uel moriētē mōstrata sūt: con  
siderādum nobis est: quanta fuerit ī quorundā iu  
dæoram corde duricia: quæ hunc nec p prophetiæ  
donū: nec p miracula agnouit. Oīa qppe elemēta  
auctore suum ueuisse testata sūt. Vt enim de iis  
quædam usu humano loquar: deū hunc coeli esse  
cognouerunt: quia protinus stellā miserūt. Mare  
cognouit: qā sub plātis eius se calcabile præbuit.  
Terra cognouit: qā eo moriente contremuit. Sol  
cognouit: quia lucis suæ radios abscondit. Saxa &  
parietes cognouerūt: qā tēpore mortis eius scissa  
sūt. Infernus cognouit: qā hos quos tenebat mor  
tuos reddidit. Et tamen hunc quem deū omnia in  
sensibilia elementa senserūt: adhuc infidelīū iudæ  
orum corda deū esse minime cognouerunt. Et du  
riora saxis scindī ad poenitendū nolūt: eumq; con  
fiteri abnegāt: quem elementa ut diximus aut si  
gnis aut scissionibus deū clamant. Qui etiā ad dā  
nationis suæ cumulū eum quem natum dispiciūt:  
nasciturū longe āte præscierūt. Et nō solum quia  
nasceretur nouerant: sed etiā ubi nasceretur. Nā  
ab herode reqsiti. locū natiuitatis eius exprimūt:

quę scripturę auctoritate didicerūt. Et testimoni-  
 um proferūt quod bethleam honorari natiuitate  
 noui ducis ostēditur. ut ipsa eorū sciētia & illis fie-  
 ret testimoniū dānatiois: & nobis adiutoriū credu-  
 litatis. Quos profecto bene isaac cū iacob filiū su-  
 um benediceret designauit qui & caligās oculis. &  
 profetās: ī presēti filiū nō uidit. cui tā multa ī po-  
 sterū præuidit: quia nimirū iudaicus pplūs prophe-  
 cię spū plenus & cæcus: eū de quo multa prædixit  
 in presēti positū nō agnouit. Sed natiuitate regis  
 nostri cognita. herodes ad calida argumenta con-  
 uertitur. ne terreno regno priuaretur. renunciare  
 sibi ubi puer iueniretur postulat. adorare uelle se  
 simulat ut quasi hūc si iuenire possit extiguat. sed  
 quāta est humana malicia. cōtra consiliū diuinita-  
 tis: Scriptū qppe est. Nō est sapientia. nō est pru-  
 dentia. nō est cōsiliū cōtra dominū. Nam ea quę  
 apparuit: stella magos perduxit. Natum regē re-  
 perit. munera detulerunt: & ne redire ad herodē  
 debeāt: in sōniis āmonentur. Sicq; fit ut Iesū quę  
 querit herodes: iuenire nō possit. Cuius psona q  
 alii quā ypocritę designantur. qui dum ficte quę-  
 rūt: iuenire deū nūquam merentur: Sed iter hac  
 sciendū est quod pristillianistę heretici nasci unū  
 quęq; hominē sub cōstitutionibus stellarū putant  
 & hoc in adiutorium sui erroris assumūt. quod no-  
 ua stella exiit cū dominus in carne apparuit cuius

fuisse fatum: eā quæ apparuit stellā putāt. Sed si  
euāgelii uerba pensamus: quibus de eadem stella di  
citur. Vtq; dū ueniens staret supra ubi erat puer.  
dum non puer ad stellā: sed stella ad puerū cucur  
rit: si dici liceat: nō stella fatū pueri: sed fatū ste  
llæ iis quæ apparuit puer fuit. Sed absit a fidelibus ut  
esse aliqd fatū dicāt. Vitā quippe hominū solus con  
ditor quæ creauit administrat. neq; enī propter stel  
las homo: sed stellæ propter hominē facte sūt. Et  
si stella fatū hoīs dicitur: ipsis suis misteris subes  
se homo phibetur. Certe cū iacob de utero egre  
deretur: & prioris fratris plātā teneret manu: pri  
or profecto nequaquam egredi potuit: nisi subse  
quens ichoasset. Et tamen cū uno tēpore eodēq;  
momēto utrūq; mater suderit: nō una utriusq; ui  
tæ æqualitas fuit. Sed ad hęc solēt mathematici  
respōdere. quia uirtus cōstellationis in ictu pungen  
tis est. quibus e diverso nos dicimus: quia magna  
est mora natiuitatis. Si igitur ī ictu puncti cōstel  
latio permutatur: necesse iam erit ut tot dicant  
fata: quot sūt membra nascentium. Fateri etiam  
mathematici solent: quod quisquis signo aquarii  
nascitur: in hac uita piscatoris ministerium sortia  
tur. Piscatores uero ut fertur: getulia nō habet.  
Quis igitur dicat: quia illic nullus in stella aqua  
rii nascitur: ubi piscator omimodo non habetur?  
Rursum quos signo nasci libræ asserunt: trapezi



tas futuros dicant. Et trapezitas multarū gentiū  
 prouintia ignorāt. Fateatur ergo necesse est: aut  
 hoc ī eis signū deesse: aut effectum fati nullo mo  
 do habere. In persarū quoq; frācorumq; terra re  
 ges ex genere prodeūt. Quibus profecto nascenti  
 bus quis estimet quāti eisdem momētis horarū ac  
 temporū ex seruili cōdicione nascūtur. Et tamen  
 regum filii uno eodemq; sydere cū seruis nati ad  
 regnum proficiūt: cū serui q̄ secū fuerāt nati: ī ser  
 uitate moriātur. Hęc de stella breuiter diximus:  
 ne mathematicorū stulticiā īdiscussā preterisse ui  
 deamur. Magi uero aurū. thus. & myrrham defe  
 rūt. Aurū quippe regi cōgruit. Thus uero iudai  
 sacrificiū ponebatur. Myrrha autem mortuorum  
 corpora condiuntur. Cum uero magi quē adorāt  
 etiam mysticis muneribus predicāt. auro regem.  
 thure deū. myrrha mortalem. Sunt uero nonnulli  
 heretici qui hūc deum credunt: sed ubique regna  
 re nequaquam credunt. Hi profecto thus ei offe  
 runt: sed offerre etiam aurum nolunt. Et sunt nō  
 nulli qui hunc & deū & regem fatentur: sed assūp  
 sisse carnem mortalem negāt. Hi nimirū ei aurū  
 & thus offerūt: sed offerre myrrham assūpte mor  
 talitatis nolunt. Nos itaque nato domino offera  
 mus aurū: ut hūc ubiq; regnare fateamur. Offera  
 mus thus: ut credamus quod is qui ī tēpore appa  
 ruit: deus āte tēpora extitit. Offerramus myrrhā

ut eum quem credimus in sua diuinitate impassibilem: credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem. Quamuis in auro. thure. & mirra. intelligi & aliter potest. Auro namque sapientia designatur. Salomone attestante qui ait. Thesaurus desiderabilis reuescit in ore sapientis. Thure autem quod deo incenditur: uirtus orationis exprimitur. Psalmista testante qui dicit. Dirigatur oratio mea: sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrham uero carnis nostrae mortificatio designatur. Unde sancta ecclesia de suis operariis: usque ad mortem pro deo certantibus dicit. Manus meae distillauerunt myrrham. Nato ergo regi aurum offerimus: si in conspectu illius claritate supernae sapientiae resplendemus. Thus offerimus: si cogitationes carnis per sanctae orationum studia in ara cordis incendimus: ut sua uel aliquid deo per coeleste desiderium redolere ualeamus. Myrrham offerimus: si carnis uicia per abstinentiam mortificamus. Per myrrham namque ut diximus agitur: ne mortua caro putrefiat. Mortuam uero carnem putrescere est: hoc mortale corpus fluxui luxuriae deseruire. Sicut de quibusdam per prophetam dicitur. Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo putrescere est: carnales homines in fetore luxuriae uitam finire. Myrrham deo ergo offerimus: quando hoc mortale corpus a luxuriae putredine per condi-

mentū continētīæ custodimus. Magnū uero aliqd  
 nobis magi innuūt: quod in regionē suā p̄ aliā uīā  
 reuertuntur. In eo namq; quod āmoniti faciūt: no  
 bis profecto īsinuāt quid faciamus. Regio quippe  
 nostra p̄adyfus est. ad quā Iesu cognito: redire p̄  
 uīā qua uenimus prohibeamus. A regione enī no  
 stra superbiendo. iobediendo. uisibilia sequendo.  
 cibum uetitum gustādo: discessimus. Sed ad eam  
 necesse est ut flendo. obediendo uisibilia cōtemnē  
 do. atq; appetitum carnis refrenādo: redeamus.  
 Per aliam ergo uiam ad regionem nostrā egredi  
 mur: quoniam qui a p̄adyfi gaudiis per delecta  
 menta discessimus: ad hęc per lamenta reuoca  
 mur. Vnde necesse est fratres charissimi ut semp̄  
 pauidi. sēp̄q; suspecti ponamus āte oculos cordis.  
 Hic culpas operis: illinc iudicium extremæ distri  
 ctionis. Pensemus ergo quā districtus ueniat: qui  
 iudicium minatur & latet. Terrores peccatoribus  
 intentat: & tamen sustinet. Et idcirco uenire cici  
 us differt: ut minus iueniat quos condemnet. Pu  
 niamus flectibus culpas: & cū psalmistæ uoce præ  
 ueniamus faciem eius in cōfessionē. Voluptatum  
 nos ergo fallacia nulla decipiat. Nulla uana læti  
 tia seducat. In proximo namq; est iudex: q̄ dixit.  
 Ve uobis qui ridetis nunc: q̄a lugebtis & flebitis.  
 Hic enī salomon ait. Risus dolore miscebitur: &  
 extrema gaudia luctus occupat. Hinc rursus ait.

Risu deputaui merorem: & gaudio dixi. Quid frustra deciperis: Hinc rursus ait. Cor sapientiu ubi tristitia est: & cor stultoru ubi lœtitia. Pertimescimus igitur præcepta dei: si celebramus ueraciter sollemnitatem dei. Gratū namq; deo sacrificiū est: afflictio cōtra peccatum. Psalmista testate q ait. Sacrificiū deo: spiritus contribulatus. Peccata nostra præterita: in baptismatis perceptione laxata sunt. Et tamen post baptisma multa cōmisimus: sed lauari iterum baptismatis aqua nō possumus. Quia ergo & post baptismū iniquauimus uitā: baptizemus lacrimis concientiā. quatinus regionē nostrā p aliā uia repetentes. q ex ea bonis delectati discessimus: ad eam malis amaricati redeamus.

**S**egmētum ex euāgelio luçæ secūdo capite. quod canitur infra octauas epiphaniæ domini.

**I**N illo tēpore. Cū factus esset dominus Iesus añorū duodecī ascēdentibus parētibus eius ī hierosolymā secundū cōsuetudinē diei festi: cōsumatisq; diebus cum redirent: remāsit puer Iesus in hierusalē: & non cognouerūt parentes eius. Extimātes autē illū esse in comitatu: uenerūt iter diei: & requirebant eum inter cognatos & notos. Et nō iueniētes: regressi sunt in hierusalem querentes eū. Et factū est post triduū inuenerunt illū in templo sedentem ī medio doctorū: audientem



illos & interrogantem eos. Stupebant autem omnes  
 qui eum audiebant: super prudentia & responsis eius  
 Et uidentes admirati sunt. Et dixit mater eius  
 ad illum. Fili. quid fecisti nobis sic: Ecce pater tuus  
 & ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. quod  
 est quod me querebatis: Nesciebatis quia in iis quae  
 patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt  
 uerbum quod loquutus est ad eos: Et descendit cum  
 eis: & uenit nazareth: & erat subditus illis. Et re.

**Expositio.**

**Q**uari potest cur dei filius ad orationem  
 in templum ascenderit: quod expiari per orationem  
 non indigebat: Nobis utique exemplum relinquit: ut fre-  
 quentaremus sanctas ecclesias: ubi deo offerre debe-  
 mus orationes nostras. Quod duodecim annorum fuisse  
 dicitur. praefigurabatur quia ipse erat dies: quod duode-  
 cim horas id est duodecim apostolos erat electurus. Consu-  
 matisque diebus cum redirent: puer Iesus remansit  
 in hierusalem. Et non cognouerunt parentes eius.  
 Parentes christi typum sinagogae tenent. quia iu-  
 daei in comitatu suo deum quaerunt. id est in cultu  
 ueteris legis qui uere habitat in hierusalem. id est  
 inter nos: scilicet in sancta ecclesia. Et requirebant  
 eum iter cognatos & notos. uidelicet per cerimo-  
 nias legis: putabant se habere deum. Et non inue-  
 nientes: regressi sunt in hierusalem inquirentes cum.  
 Quia in fine saeculi omnis israhel saluus fiet. & per

prædicationē heliæ & enocho: christū deū habitare  
ī ecclīa recognoscent. quē p̄ obseruationē ueteris  
legis se promereri putāt. Vnde recte subditur. q̄  
post triduū iuenerūt illū ī medio doctorū sedentē  
audiētē & iterrogātē illos. Post triduū idest post  
hoc quod fuit ante legē. & sub lege. & sub grā. ad  
ultimū credēt. & iter medios doctores iueniēt. q̄  
dei filius iter oēs scē ecclīæ alūnos speciosior spe  
ciali grā & corporali existit. Stupebāt at̄ oēs q̄ eū  
audiēbāt: sup̄ prudētia & respōsis eius. Quia pau  
citatē dierū uidētes: cōtēnebāt paruitatē. Admira  
bātur tamen eius sapiētia. Et dixit mater eius ad  
illū. Fili qd̄ fecisti nobis sic: Qui respondit. Quid  
ē quod me quærebatis: Nō hoc quāuis puer esset  
iterrogauit nesciēter qd̄ ē hoc quod me quæreba  
tis. sed q̄ oclōs cordis eorū uolebat extollere ad  
itelligendā diuinitatē suā. Ac si diceret. Nō me  
tantū hominē debetis quærare: sed deū etiā simul.  
& hoīem oportet uos itelligere. Vnde bene subin  
tulit. q̄ in iis quæ patris mei sūt: oportet me esse  
ī legis uidelicet īq̄sitione. Quia ut superius legi  
mus interrogabat legis doctores: de questioibus  
legis. Alio modo & hoc potest itelligi q̄ parenti  
bus suis q̄ typū iudæorū tenēt: respōdit quasi dice  
retur. quid ē quod me quæritis ī cerimoniis legis  
humanitus: quē ī ecclesia debetis itelligere manē  
tē diuinitus. Humanitas namq̄ legis est: carnem  
prapucii abscidere: & mala pro malis rependere.

Diuinitas ecclesie sacro baptisate remissionem  
 peccatorum spare. & gratia sancti spiritus iterueniente.  
 & bona pro malis reddere. Et ipsi non intellexerunt:  
 quia iudaei ecclesie sacramenta ignorant. Iuxta lit-  
 tera cetera sunt intelligenda: quia uenit nazareth. &  
 quod mater eius conseruabat omnia: id est cogitabat  
 hac. Et Iesus plenus sapientia & gratia apud deum  
 proficiebat: & aetate apud homines. Quod ergo  
 dominus per omnes annos in pascha cum parentibus  
 hierosolymam uenit. humanae nimirum humilita-  
 tis iudicium est. Homini namque est ad offerenda  
 deo sacrificiorum spiritualium uota concurrere: & au-  
 ctorem suum orationibus lacrimisque sibi consiliare pro-  
 fusus. Fecit ergo dominus iter homines homo na-  
 tus quod faciendum hominibus per angelos impauerat  
 deus. Seruauit ipse legem quam dedit: ut nobis qui  
 puri homines sumus seruandum per omnia quidquid  
 deus iubet ostenderet. Sequamur interim humanae  
 conuersationis eius exemplum: si deitatis gloriam  
 delectamur intueri. Si optamus habitare in domo  
 eius aeterna in coelis: omnibus diebus uitae nostrae.  
 Si iuuat uidere uoluntatem domini: & protegi a  
 templo sancto eius: & ne ulla in aeternum malorum  
 aura pulssemur. Meminerimus ecclesiae domum ne-  
 cessaris precium inundarum frequentare muneri-  
 bus. Quod ipse duodenis in templo sedit in medio  
 doctorum audiens. & interrogans illos. humane est

humilitatis indicium: imo etiam eximiū discendæ  
humilitatis exemplum. Dei uirtus & dei sapiētia  
æternæq; diuinitas loquitur. Ego sapientia habito ī  
cōsiliis: & eruditis īterfū cogitationibus. Meū est  
cōsiliū & equitas mea. prudētia mea est & fortitu  
do. Per me reges regnāt: & conditores legū iusta  
decernunt. Beatus homo q̄ audit me: & q̄ uigilat  
ad fores meas quotidie: & obseruat ad postes ho  
stii mei. Ipsa homine īduta ad audiēdos hoīes ad  
uenire dignata est. ut nimirū hoībus quāuis sumo  
īgenio prāditis necessariū discendi uerbi formam  
prærogaret: ne si qui discipuli ueritatis fieri refuge  
rēt magistri efficerētur erroris. Et bene q̄ iuuenis  
erat doctrinæ subiturus officium: puerulus adhuc  
seniores audit. & interrogat. ut uidelicet eorum  
prouida dispēsatiōe cōpescat audaciā. q̄ non solū ī  
docti: sed etiā īpubes. ad docendū prorūpe magis  
quā ad discēdum uolunt submitti. Sequamur iter  
eius humanitatis. si nos mansio diuinæ delectat ui  
sionis memores semp̄ illius precepti. Audi fili mi  
disciplinā patris tui & ne dimittas legē matris tuæ  
ut addatur grā capiti tuo: & torques collo tuo. p̄  
auditū q̄pe discipline paternæ ac p̄ obseruatiā ma  
ternæ legis grā capiti n̄ro & collo torques addici  
tur. q̄a quāto q̄s diuinis ītentus fuerit auscultare  
præceptis. quanto ea quæ didicerit in unitate ma  
tris ecclīæ diligentius obseruare studuerit: tāto &  
nūc dignius ad honorē prædicādi. & ī futuro subli



mius ascendet ad bñitudinē cū christo sine fine re  
 gnandi. Verum nequis existimet dominū saluato  
 rem ob iperitiæ necessitatē addisse audisseq; & in  
 interrogasse magistros. Videamus quid loquitur. estu  
 pebāt autem omnes qui eum audiebāt. super pru  
 dentia & responsis eius. & uidētes mirati sūt. Qui  
 enī uerus homo & uerus erat deus: ad ostendēdū  
 quā homo erat. homines magistros humiliter audi  
 ebat. ad comprobādum quis erat: eisdem loquen  
 tibus sublimiter respōdebat. Quod matri quærē  
 ti ac dicēti. Fili quid fecisti nobis sic: Ecce pater tu  
 us & ego dolentes quærebatuſ te: Respondit. Et  
 quid ē quod me querebatis: nesciebatis quā in iis quæ  
 patris mei sunt oportet me esse: Diuine maiesta  
 tis iudicium fuit: de qua alibi dicit. Omnia quæcū  
 que habet pater: mea sūt. Atq; ideo rectissime tē  
 plum non minus ad se: quam ad patrem pertinere  
 testatur. Iuuentus quippe in templo dicit: quia in  
 iis quæ patris mei sūt: oportet me esse. quia nimi  
 rum quorum una est maiestas & gloria: horū etiā  
 una sedes ac domus est. Nō solū materialeſ dei  
 domum quæ ad adorandū eum temporaliter fieri  
 solet: sed etiā domum intellectualem quæ ad lau  
 dandū eum in æternum construitur. æquæ patri &  
 filio immo etiā sanctis cōstat esse cōmuniem. De  
 niq; idem filius q de se ac patri dilectori suo pro  
 mittit. Veniens ad eū: & māſionem apud eū facie  
 mus. dicit de spiritu scō. Et ego rogabo patre: &

aliū pacitū dabit uobis ut maneat uobiscū ī ater  
nū spiritus ueritatis: quia apud uos manebit & in  
uobis erit. Quia uidelicet eiusdē sāctæ trinitatis  
cuius una atq; iuisibilis natura diuinitatis est mā  
fio: ī cordibus electorū dispar esse non potest. Et  
go quod dominus in tēplo sedens dicit. In iis quæ  
p̄ris mei sūt oportet me eē. declaratio est. cū sepi  
terno deo p̄re potestatis & gl̄iæ. Quod igitur re  
dēs dominus nazareth erat subditus parentibus.  
humanæ est ueritatis iudiciū simulq; humilitatis  
exēplū. In ea nāq; natura subditus erat hoībus: ī  
qua minor ē p̄ri. Vnde ipse dicit. Vado ad patrē:  
ga pater maior me ē. In qua etiā minoratus ē: pa  
ulominus ab āgelis. In illa at̄ in qua ipse & pater  
unū est: in qua nō in tempore uadit ad patrē: sed  
semp̄ in ipso est. omnia p̄ ipsū facta sūt. & ipse est  
ante omes. Multū est mirāda magnæ dispensatio  
pietatis: q̄ dum parentes suos mysteriū diuinæ suæ  
maiestatis necdū cape uidisset: exhibuit eis huma  
næ subiectionē humilitatis. ut p̄ hāc eos paulatī:  
ad agnitionē diuinitatis īstitueret. cū enī dixisset  
Quid est hoc quod me querebatis: nesciebatis q̄a  
in iis quæ p̄ris mei sūt oportet me esse: Et ip̄i nō  
ītellegerūt uerbum quod loquutus est ad illos. Si  
cut euāgelista cōsequēter insinuat. Descendit cū  
eis & uenit nazareth. & erat subditus illis. Dice  
bat ergo arcanū suæ diuinæ uirtutis parētibus hu

mana suæ fragilitatis matri suæ scilicet ueræ suæ  
 carni: & castissimo tutori castitatis illius. q̄ per id  
 tēporis necdū prolata luce euangelica ab oībus pe  
 ne q̄ eos nosse nouerāt carnali cōiunctiōe uir eius  
 carnali administratione: pater extimabatur simul  
 & uocabatur ipsius domini saluatoris. Dicebat in  
 quā his. q̄a ī iis quæ p̄ris mei sūt: oportet me eē.

Segmentum ex euangelio Ioannis. ii. capite

**M**uptiæ factæ sūt ī chana galileæ: & erat ma  
 ter Iesu ibi. Vocatus aut̄ Iesus & discipuli  
 eius ad nuptias: & deficiēte uino: dicit mater Iesu  
 ad eū. Vinū nō habet: Et dicit ei Iesus. Quid mi  
 hi & tibi mulier: Nō dum uenit hora mea. Dicit  
 mater eius ministris. Quodcunq; dixerit uobis fa  
 cite. Erāt at̄ ibi lapideæ hydriæ sex positæ: secūdū  
 purificationem iudaorū. capientes singulæ metre  
 tas binas uel ternas. Dicit eis Iesus. implete hy  
 drias aquæ. Et impleuerūt eas usq; ad summū. & di  
 cit eis Iesus. Haurite nunc: & ferte architriclino  
 Et tulerunt. Vt at̄ gustauit architriclinus aquam  
 uinū factū: & non sciebat unde esset. ministri aut̄  
 sciebant qui hauserant aquā. Vocat sponsū archi  
 triclinus: & dicit ei. Omnis homo primū bonū ui  
 nū ponit: & cū iebriati fuerit: tūc id quod deterius  
 ē. tu at̄ seruasti bonū uinū usq; adhuc. Hoc fecit  
 iniciū signorū iesus ī chana galileæ & manifesta  
 uit gloriā suā: & crediderunt in eū discipuli eius.

Homelia uenerabilis bedæ presbiteri.

**Q**uod dominus noster atq; saluator ad nuptias uocatus non solū uenire: sed etiā miraculū ibidem quo cōiuias letificaret facere dignatus est. exceptis coelestiū sacramentorū figuris. etiā iuxta litterā fidē recte creditiū cōfirmat. porro taciā & marciā caterorūq; q nuptiis detrahūt p̄fidia: quā sit dānabilis īsinuat. Si enī thoro immaculato & nuptiis debita castitate celebratis culpa īesset: nequaquā dominus ad has ueniret. & nequaquā eas signorū suorū iniciis consecrare uolūisset. Nūc atq; bona est castitas cōiugalīs: melior cōtinētia uidualis optima p̄fectio uirginalis: ad cōprobādā omniū elationē graduū: & discernēdum meritū figulorū: ex ītemerato utero nasci dignatus est. A prophético ānā uiduæ ore: mox natus benedicitur. A nuptiarū celebratoribus iā iuuenis iuitatus: & hos suæ præsentiā uirtutis honorat. Sed hoc est ad altiorem coelestium lætitiā figuratum. Facturus namq; miraculum ī terra dei filius uenit ad uuptias: ut ipsum se esse doceret. De quo sub typo solis psalmista precinit. Et ipse tāquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit ut gigas ad curendam uiam: a summo coelo egressio eius. & occursum eius usq; ad summū eius. Qui & ip̄e quodā loco de suis fidelibus ait. Nūqd possūt filii sp̄si lugere: quādiu cū ipsīs ē sponsus.



Venient autē dies cum auferetur ab eis spōsus: &  
 tunc ieiunabunt. Quia nimirum incarnatio nostri  
 saluatoris ex quo patribus cepit promitti: multis  
 sanctorū est lacrimis & luctu sēp expectata donec  
 ueniret. Similiter ex quo post resurrectionē ascē  
 dit in coelū: omnis factorū spes ad eius pēdet redi  
 tum. Solo autē quo cū hominibus conuersatus est  
 tempore flere ac lugere nequiverunt. quia iam se  
 cum etiā corporaliter eum quem spiritualiter dile  
 xerūt: habebant. Spōsus ergo christus: spōsa eius  
 ecclesia. Filii spōsi uel nuptiarū singuli quiq; fide  
 liū eius sūt. Tēpus nuptiarū est tēpus illud quādo  
 p̄ incarnationis eius mysteriū: s̄cta sibi ecclesia so  
 ciauit. Non igitur casu: sed cœlesti grā mysteriū  
 uenit ad nuptias ī terra carnali more celebratas.  
 q̄ ad copulandā sibi spūali amore ecclesiā: de coe  
 lo descendit ad terrā. Cuius quidem thalamus: in  
 corruptæ genitricis uterus fuit. ī quo deus huma  
 nā naturā cōiunctus est. & ex quo ad sociādā sibi  
 ecclesiā: tāquam spōsus processit. Primus nuptia  
 rū locus: iudæa extitit. ī qua filius dei homo fieri  
 & ecclesiā sui corporis p̄ticipatione cōsecrare: sui  
 q; spūs pignore ī fide cōfirmare dignatus est. Sed  
 uocatis ad fidem gentibus usq; ad fines orbis ter  
 ræ: earundē nuptiarum uotiuua gaudia puenerūt.  
 nec uacat a mysterio quod die tertio post eā quæ  
 superior euāgelii sermo diē scripserat. nuptie factæ.

referuntur. sic tertio tempore scilicet dominum ad optandam  
sibi ecclesiam: uenisse designat. Primum quippe scilicet te-  
pus ante legem. patriarcharum exemplo. Secundum sub le-  
ge: prophetarum scriptis. Tertium sub gratia: prae-  
coniis euangelistarum. quasi tertiae diei luce mundo re-  
fulsit. in quo dominus & saluator noster pro redemp-  
tione generis humani: in carnatus apparuit. Sed &  
hoc quod in chana galileae idest in zelo transmigrati-  
onis perpetratae: eadem nuptiae factae prohibetur. typi-  
ce denunciat eos maxime christi gratia dignos exi-  
stere: quod zelo feruere pie devotionis & emulari ca-  
rismata maiora: ac de uiciis ad uirtutes bona ope-  
rando: de terrenis ad aeternorum gaudia sperando &  
amando: sciunt transmigrare. Discubente autem domino  
ad nuptias: uinum deficit. ut uino meliore per ipsum mi-  
rabili ordine facto: manifestaretur gloria latetis  
in homine dei & credentium in eum fides aucta profice-  
ret. Quod si mysterium quaerimus apparete in carne  
domino meraca illa legalis sensus suauitatis paula-  
tim cepit ob carnalem phariseorum interpretationem a-  
prisca sua uirtute deficeret. quia mox ea quae carna-  
lia uidebantur mandata: ad spirituale conuertit doctri-  
nam. Cuiusque litterae legalis superficie euangelica coe-  
lestis gratia uirtute mutauit: quod est uinum fecisse  
de aqua. Sed primum studeamus indagare quid sit.  
Uinum non habent. Respondit. Quid mihi & tibi

mulier: Nondū uenit hora mea. Neq; enī ut ma-  
 iorem suā in honoraret hoc ait. Qui nobis iubet ho-  
 norare patrē & matrē. aut eā sibi matrē esse nega-  
 ret. ex eius carne uirginēa carnem suscipe non des-  
 pexit. etiam apostolo testāte q̄ ait. Qui factus est  
 ei ex semine dauid secundū carnē: si nō ex corpo-  
 re mariæ secundū carnē: quæ ex semine dauid des-  
 cendit: sed ī eo quod miraculū facturū erat: ait.  
 Quid mihi & tibi est mulier: Significat se nō diui-  
 nitatis qua miraculū erat patrādū principiū tēpo-  
 raliter accepisse de matre: sed aternitatē habuis-  
 se de patre. Erāt ergo lapideæ hydriæ sex positæ  
 secundū purificationem iudæorū: capientes singulæ  
 metretas binas uel ternas. Hydriæ uocantur uasa  
 aquarū ceptui pata. Grece namq; aqua: hydor di-  
 citur. Aqua at̄ scripture sacræ scientiā designat:  
 quæ suos auditores & a peccatorū sorde abluere:  
 & diuinæ cognitionis solet fōte potare. Vasa ex q̄  
 bus cōtinebantur: corda sunt deuota sanctorum.  
 q̄bus profecto uitæ & fidei exemplū recte uiuendi  
 ac credendi: præposita ē generi humano. Per sex  
 sc̄li labētis ætates: idest usq; ad tempus dominice  
 prædicationis. Et bene lapidea sūt uasa: q̄a forcia  
 sūt præcordia iustorū. ut pote illius fide & dilecti-  
 one solidata lapidis: quē uidit daniel præcisum de  
 mōte sine manibus factūq; ī mōte magnū: & īplef-  
 se oēm terrā. Vnde zacharias in lapide uno sep-

tem oculi sūt. Idest in christo: uniuersitas scientiæ  
spūalis inhabitat. Cuius & aplūs petrus meminit  
dicēs. Ad quē accedētes lapidē uiuū & ipsi tāquā  
lapides uiui supēdificamini. Bene secūdū purifica  
tionē iudæorū tantū positæ erāt hydriæ: qā iudæo  
rum tātū populo lex per moysē data est. Nam  
gratia & ueritas euāgelii nō minus gentibus quā  
iudæis per Iesū christū facta est. Capiētes īquit  
singulæ metretas binas uel ternas. Quia scripturæ  
sāctæ auctores ministri prophētæ modo de patre  
tantum loquuntur & filio. Virtus enī & sapientiā  
dei christus est: modo etiā spūs sancti faciūt men  
tionem. Iuxta illud psalmographi. Verbo domini  
coeli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis uirtus  
eorū. Verbū domini & spiritū totam quæ unus est  
deus: intelligere trinitatē. Sed quantū inter aquā  
& uinum: tantum distare inter sensum illum quo  
scripturæ ante aduentū saluatoris intelligebātur:  
& eū quem ueniēs ipse reuelauit apostolis eorūq;  
discipulis: ppetuo secūdū reliquit. Et quidem po  
tuit dominus uacuas implere hydrias uino: qui in  
exordio mundanæ creationis cuncta creauit ex ni  
hilo. Sed maluit de aqua facere uinū: quo typice  
docere non se ad soluendū improbādumq; potius  
legem prophetasq; uenisse. Neq; alia se per eua  
gelicam gratiam facere & docere: quāquam lega  
lis & prophetica scriptura eum facturum docturū



que signaret. Videamus ergo fratres sex hydrias  
 scripturarū a qua saluari repletas: uideamus ean  
 de aquā insuauissimū uini odore gustatūq; cōuer  
 sã. In prima ætate sæculi abel iustū frater iudens  
 occidit: & ob hoc ipse perpetuā martyrii gloriam  
 beatus etiam in euangelicis & apostolicis litteris:  
 iustitiæ laudem accepit. Fratricidio impius æter  
 nã maledictionis penas luit. Quicumq; iis auditis  
 metuunt cum impiis damnari: cupientes benedici  
 cum piis omnium odiorum & iuidiæ fomitem abi  
 ciunt. deo placere per sacrificium iustitiæ. mode  
 stia. innocentia. ac patientia: curant. Vas plenū  
 aqua in scriptura inueniunt. unde salubriter ablu  
 ti. potatūq; gaudeāt. Sed si intellexerint caym ho  
 micidam: iudæorū esse perfidiã. occisionem abel:  
 passionem esse domini saluatoris. terrã quã ape  
 ruit os suum & suscepit eius sãguinem de manu ca  
 ym. ecclesiam esse: quã effusū a iudæis christi san  
 guinem: in mysterium suã reuocatiõis accepit: ni  
 mirum aquam in uinum mutatam reperiūt: quia  
 sacra dicta legis: sacratius dicta intelligunt. Secū  
 da ætate sæculi inchoante: deletus est aquis dilu  
 uii mūdus ob peccatorum magnitudinem: scilicet  
 solus Noe est propter iustitiam cum domo libera  
 tus in arca. Huius plagæ audita uastatione horri  
 bili: paucorumque liberatione mirabili: quisquis  
 emendatus uiuere ceperit: liberari desiderã cum

electis: timens exterminari cum reprobis. hydria  
profecto qua mūdaretur aquæ uel reficeretur: ac  
cepit. At uero dum altius aspiceret cepit: & i at  
ca ecclesiam: & in Noe christū: & in aqua diluen  
te peccatores intelliget.

**S**egmentum ex euangelio matthæi octauo capite.

**Q**Uoniam autem descendisset Iesus de monte:  
sequuta sunt eum turbæ multæ. & ecce le  
prosus ueniens: adorabat eum dicens. Domine si uis  
potes me mundare. Et extendens Iesus manū teti  
git eum dicens. Volo mūdare. Et cōfesti mūdata est  
lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide nemini dixeris:  
sed uade ostende te sacerdoti: & offer munus tuū  
quod præcepit moyses in testimoniū illis. Et reli.

**H**omelia beati origenis.

**Q**uoniam in monte domino: discipuli uene  
runt ad eum sicut alacres. sicut domesti  
ci. sicut amici uel fratres. ideo ait dominus ad eos.  
Vos estis sal terræ. & uos estis lux mundi. Nunc  
uero descendente eo de monte: turbæ sequuta sunt  
eum: quæ in monte ascendere non potuerunt: ut  
pigri populi: ut negligentes: ut imperfecti. Ita &  
filii israhel primitus in monte ascendere nō ualu  
erunt. ad obuiandum deo pergere non potuerunt:  
propter suam irreligiositatem & impietatem. sed  
solum moyses ascendit & pauci seniorum filiorum.

israhel: Ita & cum domino discipuli soli in monte  
ascenderunt: & tardiores deorsum steterunt. Sic &  
modo uigilantes & alacres & fideles animæ deum  
timentes. & dominum diligentes. regna coelestia  
desiderantes. dominum semper sequentes. post do  
minum coelestem montem ascendunt. Audientes  
apostolum dicentem. Quæ sursum sunt sapite: ubi  
christus est in dexteram dei sedens. Descendente  
nunc domino. hoc est inclinante se ad infirmitatē  
& impotentiam cæterorum: misertus imperfectio  
ni eorum uel infirmitati: sequutæ sunt eum turbæ  
multæ. aliquanti propter doctrinā: aliquanti prop  
ter admirationem & curationem. Et ecce homo  
leprosus unus ex illis qui curari quærebant: qui le  
uamen desiderabāt. Et ecce leprosus ueniēs: ado  
rabat eum dicens. Domine si uis: potes me mūda  
re. Deorsum currens rogans eum. O homo quod  
in mōte nihil dicis: Quare sic: Quia tempus & tē  
pora: omni rei sub coelo. Tempus dotrinæ: & tem  
pus curationis. In monte docuit. illuminauit. mo  
nuit. amans curauit. corda sanauit. Propterea er  
go illa maiora temptari uoluit. Illa summa tarda  
ri passus est. Ipsiis ergo ab illo completis: deorsū  
eo de monte ad curandum descendente: sicuti de  
coelo: sicuti de coelestibus mōtibus: ad sanandos  
carnales descendente. Venit ergo ad eum homo  
leprosus: adorans eū. Ante quam peteret: adora

.f. ii.

re cepit. Ante quam rogaret culturam ostendit.  
Adorauit autem pro hoc ipso dominum & deum  
inuocans: adorabat eum. Sic & illi beati magi pri-  
us adorauerunt eum: & ita demū munera obtule-  
runt. Eodem modo & nunc iste cadens adorabat  
& sic supplicem obtulit postulatiōem. Domine de-  
us tu qui digne adoraris: qui merito coleris: te  
ego ut dominum adoro. Ideoq; & dominum dico  
opera prius contestans: & sic uerba loquens. Per-  
te enim omnia facta sunt. tu ergo domine si uis:  
potes me mundare. Voluisti ergo domine: ut hæc  
imūdiſſima lepra superueniret: siue propter mea  
peccata ut correptus poenituiffem. siue propter  
tuam prudentiam: ut miserabiliter me mundans:  
magnificeris Omnia dispensanter & prudenter fa-  
cis: & salutem largiter tribuis. Siue hanc ergo le-  
pram propter mea peccata portauit. dimittens cul-  
pas meas munda me. siue propter prouidentiam tu-  
am mirabiliter me munda: ut ab omnibus magni-  
ficeris. Domine si uis potes me mūdare. Volūtas  
tua opus est quia & opera uoluntati tuæ obediūt.  
Ideo si uis: potes me mundare. Non dubito. non  
fallor. nō dico: sicut ille qui filii salutem depræca-  
batur. siquid potes adiuua nos: sed scio quia omnia  
potes. Ideo non potentiam peto. non fortitudinē  
quæro. Has enim scio indeficientes. sed tantū uo-  
luntatē tuā depræcor & sequens uirtus statim hanc



gratiam adimplebit. Domine si uis: potes me mū  
 dare. Mihi ad beneficium: tibi ad laudem. uiden  
 tibus autem ad miraculū & perficiēdi doctrinam.  
 Domine si uis: potes me mundare. Tu prius Na  
 aman ait p̄cipem syriæ per helyseum in iordane  
 tingens: a lepra mundasti. tu & modo si uis: potes  
 me mundare. Cui respondes dominus: ait. Confi  
 teris quia ego possum: profiteris quia si ego uolo  
 fit: Ideo uolo mundare. Voluntatem p̄caris: po  
 tentiam confiteris. Volo mūdare. Magnifice cre  
 dis: magnifice & mundaris. Plenissime confiteris  
 plenissime latificaris. Volo mundare. Non dubi  
 tasti credere: non tardo sanare. Non distulisti cō  
 fessionem: non differam te mundare. ut & magnā  
 gratiam tibi ostēdam: manum ad te porrigo. Ex  
 tendens manum itaq; Iesus: tetigit eū dicens. Vo  
 lo mundare. Et quare tetigit eum dominus: cum  
 lex prohibuisset leprosu tangere: Et propter hoc  
 enim tetigit: ut ostenderet quia omnia mūda mū  
 dis: quia aliorum aliis non adderent inquinamen  
 ta. Quia extranea immundicia: immaculatos non  
 cōiunat. Sed adhuc propter quid tetigit: Vt hu  
 militatem demonstraret: ut nos doceret nullum  
 spernere: nullum horrere: nullum cōtemptibilem  
 ducere: propter corporis lesionem aut maculatio  
 nem: quæ a deo imittitur: pro qua ipse sit reditu  
 rus rationem. Extendit ergo manum Iesus: & te  
 .f. iii.

tigit eum. Medicus ait sum coelestis: corpora cū  
animabus curare possum propterea omnes tāgo.  
non ut infirmitas mihi adhereat sed ideo ut ab iis  
qui eam habent: expellam. Sol sum ait incorrupti  
bilis: & luna iustitiæ. Ideoq; omnes appropi quo.  
& omnes in eis splendoribus ad salutem irradio  
Ipse uero sicut fui permaneo: in singulari mea sa  
ctitatis pulcritudine. Extendens manum: tetigit  
eum. Non sperno legem: sed curo uulnus. Non  
destruo mādatum: sed fugo atq; mundo lepram.  
Ideoq; cū extendo manum: mox effugit hæc con  
taminatio. Meæ uirtuti proximare uel resistere  
meæ potentia non poterit. Dico mundare: & ma  
num ad tangendū extendens: effugo illico leprā:  
& inuenta est manus domini non lepram: sed mū  
dum tetigisse corpus. Consideremus & nunc dise  
ctissimi. ut nullus peccati leprā in sua habeat ani  
ma: ut nullus cōtaminationem delictorum in suo  
retineat corde: & si habeat: instanter orans domi  
num dicat ad eum. Domine si uis potes me mun  
dare. Tu illum prius multa delicta cōmittentem  
mundasti manassen. tu innumerabilibus aliis a sa  
culo peccantibus: misertus es. Tu ergo si uis: po  
tes me mundare. Et dominus mox misericordia  
porrigens manum: dicit. Volo mūdare. At Iesus  
ait illi mūdato a lepra huic cui misertus est: huic  
credenti dominum qui cōfusus est in uirtute eius.

Huic ergo dixit Iesus. Credidisti: sanus es. Spera-  
sti: mundus effectus es. Noli obliuisci qualis fue-  
ris: & qualis factus sis. Nō cesses gratias agere.  
Non taceas cōfiteri. Hoc & nos debemus facere  
charissimi: quādo a domino de aliquo periculo li-  
beramur. quando ab aliquo dolore sanamur. siue  
īfirmatatis. siue uulneris. siue de qualibet necessi-  
tate: non efficiamur ingrati. non reliquamus libe-  
ratorem nostrum: scilicet alacriter gratiarū actio-  
nem ei reddamus. scilicet munera sācta substantiā  
nostram ad honorificandū eum: exhibeamus. Hoc  
enim & illi mandauit dominus. Vade ait ad sacer-  
dotem: & offers munus tuum. Dixit ergo ei Iesus  
Vade: nemini dixeris. Et quare o dulcissime do-  
mine: non dicat nemini: Propter meam ait humi-  
litem. propter meam dulcedinem: ut uos doceamini:  
quando aliquid boni facitis: nō gloriari. non  
extolli. non inaniter placere uelle in conspectu ho-  
minum: sicut consuetudo est aliquantis. siue cum  
aliquid boni fecerint. siue cum ieiunauerint. siue  
in pauperum helemosinis & largitatibus. siue in  
altaris honore. siue in sanctorum honorificentia.  
Etenim ipsi ante homines uolunt gloriari: & sibi  
placere. ante dominum mercedem perdentes. Vi-  
de: nemini dixeris. Te enim tacente: hoc mirabi-  
liter clamabit. te enim os nō aperiente omnis tui  
corporis substantia iubilabit. Hesternā die immū

duſ: & hodie mundus. ante puſillum horribilis: &  
nunc decorus. Vide ergo nemini dixeris: ſed uade  
oſtende te ſacerdoti.

Segmentum ex euāgelio matthæi octouo capite.

**E**T ascendente eo in nauiculam ſecuti ſunt  
eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus  
factus eſt ī mari: ita ut nauicula operiretur flucti-  
bus. Ipſe uero dormiebat & acceſſerunt ad eum  
diſcipuli eius: & ſuſcitauerunt eum dicentes. Do-  
mine ſalua nos: perimus. Et dicit eiſ Ieſus. Quid  
timidi eſtis puſillæ fidei? Tūc ſurgens imperauit  
uentis & mari: & facta eſt tranquillitas magna:  
Porro homines mirati ſunt dicentes. Qualis eſt  
hic quia uenti & mare obēdiunt ei: Et reliqua.

Homelia origenis.

**I**Ngrediente domino in nauiculam: ſe-  
quuti ſunt eum diſcipuli eius: & nō im-  
becilles: ſed firmi & ſtabiles in fide. manſueti &  
pii. ſpernentes mundum. non duplici corde: ſed  
ſimplici: Hi ergo ſequuti ſunt eum: non tantum  
greſſus eius ſequentes: ſed magis ſanctitatem cō-  
mitantes: & iuſtitiam eius conſequentes. Et ecce  
tempeſtas magna facta eſt in mari: ita ut nauicu-  
la operiretur fluctibus. Cum enim multa et ma-  
gna et miranda oſtendiſſet in terra: Tranſiit in  
mari: ut ibidem adhuc excellētiora & magna ope



ra demonstraret. quatinus terræ marisque domi  
 nū se eē cūctis ostenderet. Ingressus ergo in nau  
 culam: fecit turbari mare. commouit uentos. con  
 citauit fluctus. Cur hoc? Ideo ut discipulos mitte  
 ret in timorem: & suū auxiliū postularent. suamq̄  
 potentiā rogātibus: manifestaret. Illa tempestas  
 non ex se orta est: sed potestati paruit imperantis  
 eius. qui educit uētos de thesauris suis. qui termi  
 num maris arenam cōstituit. Dixit enim ei. Vsq̄  
 huc uenies: & nō egredieris sup: sed in temetipso  
 cōfrīgētur fluctus tui. Huius ergo iussione & præ  
 cepto orta est tempestas in mari: propter occasio  
 nes superius memoratas. Facta est tempestas mā  
 gna: ut non pusillū miraculū ostenderetur. Et quā  
 to fluctus nauiculæ irruebant: tanto magis timor  
 discipulos conturbabat: ut plus magis desideraret  
 ad liberandum se mirabilia saluatoris. Dominus  
 uero dormiebat. O res mirabilis & stupenda. Is q̄  
 nunquam obdormit: dormit. Is qui coelum & ter  
 ram gubernat: dormit. Is qui nunquam dormit ne  
 q̄ dormitat: ip̄e dormire dicitur. Dormiebat qui  
 dē corpore: sed uigilabat deitate. Dormiebat cor  
 pore: sed cōturbabat mare. Erigebatq̄ fluctus. &  
 apostolos conterebat: suam ostensurus potentiā.  
 Dormiebat corpore. sicuti & ad puteum lassus de  
 itinere. uel fatigatus sedebat. demōstrās quia ue  
 re humanū portabat corpus: quod corruptibile in

duerat: ipso corpore dormiebat. Deitate uero cōcitabat mare: & iterum deplacabat. Dormiebat itaque corpore: ut apostolos suscitaret & uigilare faceret. Præcipue autē omnes nos ne unquā amodo dormiamus. ne uel intellectu aut prudētia dormire: sed uigilare in omni tempore: & iubilare domino. Et salutem ab eo postulare: studeamus. Nam ipse dormiebat corpore. Illud sãctum uerbum dicit. Ego dormio: & cor meum uigilat. Ad quem accedentes discipuli: suscitabãt eũ dicētes. Domine salua nos: perimus. O bti & ueraces dei discipli: dominum saluatorem uobiscum habetis: & periculum timetis: Vita uobiscũ est: & de morte solliciti estis maris turbinem trementes: Creatorem eius ita suscitatis præsentem: quasi nõ possit dormiens corpore fluctus sedare uel mitigare: Sed quid respondeãt hi dilectissimi discipuli: Paruuli inquit sumus: adhuc infirmi: Et non dum robusti: Ideoque timemus. Ideoque trepidamus. Nec dum uidimus crucem. ne dum nos confirmauit passio domini & resurrectio. Non ascensio in coelis. Nec missi descensio spũs sancti paraclēti. Propterea fragilitate mutatur. Propterea & sapius audiuius a domino increpationem pusillæ fidei. Supportamus. tolleramus libenter. uoluntarie sustinemus. Vnde & nũc dicente domino: audiuius. Quare turbati estis pusillæ fidei: & nõ ha

hētis fortitudinem: Cur cōfidentiam & fiduciam  
 apud uos nō tenētis? Sed si mors irruerit: non  
 necēam debuissetis constantissime sustinere: Ad  
 omne enim quidquid euenit: fortitudo necessa  
 riā est. & ad omne periculum uel tribulationem:  
 usq; ad animæ exitū. Similiter & contra delicias.  
 & diuicias. & amores terrānos: animæ fortitudo  
 tenenda est. ut neq; extollaris o homo: neq; in su  
 pbia erigaris. Non despicias inimicos: neq; humi  
 les spernas. neq; obliuiscas dominum. neq; dereli  
 quas creatore. nec existas ingratus. Si ergo in ne  
 cessitate & in periculis fortitudo necessaria est: ut  
 uiriliter cū fide tolere uniuersa: multo magis con  
 tra delicias: ut dictum est. Fortitudo luxuriæ est:  
 necessaria: ne in muscipulam icidas diaboli. Qua  
 re ergo turbati estis pusillæ fidei: Si potentē me  
 sup terrā cognouistis: quare non creditis quod &  
 in mari potens sum: Si deum me uere esse & crea  
 torem omniū suscepistis: quare non creditis quod  
 ea quæ a me facta sūt: in mea habeam potestate?  
 Quare ergo dubitatis pusillæ fidei: Qui pusillum  
 credit: arguetur. Et qui nihil credit: contempne  
 tur. Fragiles inde corripientur: & alieni omnino  
 a sine punientur. Tales fuerunt iudæi & pagani:  
 ideoq; in malis euanuerūt. Tales etiam heretici:  
 Ideoq; in die iudicii damnabuntur. Tunc surgens:  
 imperauit uentis & mari: Et facta est tranquillitas

tas magna Scriptum fuit. Et surrexit tanquā dormiens dominus: tanquam potens crapulatus a uino. Et percussit omnes inimicos suos in posteriora. Et nunc surgens imperat uentis: & facta est trāquillitas magna. Decet enim hunc magnum: magna facere. Imperauit uentis & mari sicut creator: sicut suis ut potens ait dominus impauit uentis & mari. Primitus ante discipulos ut audientes firmarētur in fide. & potentia deitatis occulta imperabat: & cōminabatur. Magis autē regebat & placebat eum secundum quod quidam ait. Potentia mitigauit mare. Impauit ergo uentis & maris: & facta est tranquillitas magna. De magno uento & magna tempestate mari conturbato & timenti: facta est tranquillitas magna. Ideoq; paulo ante accinctus est potentia: magnifice conturbauit profundum maris. Et nunc iterum in eo ipso ostēdens suæ magnificentiam pietatis: tranquillitatem magnam fieri iussit. Dedit per hæc omnia enim nobis dominus figuram & doctrinæ imaginem: ut & nos in omni conturbatione & contumelia patientiam teneamus. stabiles simus in fide: & non discedamus. & si omnis iste mundus tanquā mare ebulliat. Atque in furore confurgat. Et si omnes uenti & uertigines demonum undique se uinat. Et si omnes ut diximus tempestates: id est omnes principatus & potestates mundi huius cōci



tentur: & in timore iracundiæ spument & furiant  
 super sanctos: & si adhuc usque ad coelos se se ex  
 tollant: ut tempestates maris: malignitates: & do  
 los: & fremitus: concitantes aduersus aliquem ue  
 strum: nolite timere. nolite turbari. nolite contre  
 niſcere. nolite deficere. Omnes enim quotquot  
 ī fidei nauicula cū domino nauigatis: omnes quot  
 quot in hac sanctæ ecclesiæ nauicula cū domino p  
 hunc undosum mūdum supnatatis: & si ipse domi  
 nus dormiat pro somno uestram patientiam & to  
 lerantiā expectās: uel impiorum poenitentiam &  
 cōuersionem sustinens: alacriter accedite ad eum  
 orationibus īstantes. atq; cum propheta dicentes  
 Exurge quare obdormis domine exurge: & ne re  
 pellas nos in finem. Et iterum: Exurge domine  
 adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum:  
 Et ipse surgens: īperauit uentis. idest aeris demo  
 num spiritibus. Ipsi enim maris tempestates com  
 mouent: hoc est amarus & elatos cōcitāt fluctus.  
 Huius principes mundi ad persequutiones sãctis  
 omnibus īmittendas: ad cōtumelias fidelibus īge  
 rendas. Omnis dominus increpat. oibus cōmi  
 natur. omnia mitigat. facitq; tranquillitatem ma  
 gnam circa cōpus & spiritū. pacem ecclesiæ. & se  
 renitatem mundo. Quomodo namq; sepius conci  
 lia infidelium cōmōta sunt: aduersus ueram eccle  
 siam & firmā. aliquoties paganorum. aliquoties

hereticorum. quemadmodum sepius sicut maris  
fluctus irruebāt. cōminantes & conterentes. Hu  
ius principes per omnia mūdi perdere: se ecclesiæ  
filios arbitrātes. Sed surgens dominus increpauit  
demonum uentis. & omnes euanescere facit. auda  
ces aduersarios fidei: magnāq; pacē & tranquillitē  
dedit ecclesiæ suæ. Homines at illi ī nauicula mi  
rati sūt. q̄ homines scilicet hāc habentes nauiculā  
& ei itendētes nauiculā. Nō putes hic apostolos  
significatos. Nusquā enī iuenimus propter hono  
rem cognominare discipulos: sed semper aut apli  
aut discipuli nominātur. Mirabantur ergo illi ho  
mines: hi qui cū eo nauigabāt: hi quorum erat na  
uicula se se transiebant. hi mirabātur. Et admirā  
tione dignum fuit mare. a profundo commotum  
mitigari. eiusq; elatos deplacari fluctus. uētos fu  
rētes cōpesci. Mirabātur ergo dicētes. Qualis ē  
iste: q̄a uenti & mare obediūt ei: Nō it̄rogātes  
dicūt qualis est iste: scilicet asserētes quod hic ta  
lis est: cui mare & uenti obediunt: Qualis est iste  
hoc est quātus: quam fortis: quam potens: quam  
magnus. qualis est iste: Maior moyse. potentior  
helya. Illi enim ambo e quorum unus ligno mare  
pcussio cum labore descendit. alius ic̄tu melote ior  
danem pertrāsīit. Iste uero uno uerbo mādat illis  
qui non habent uerba: & obediunt ei. Hi qui non  
habent auditum obtemperant. Hi qui prudentiæ

intellectus expertes sunt: inclinantur iubenti: quibus neque loquela: neque ut diximus sermone obediunt. In eadem autem substantia in qua sunt: & sua natura monentur: & iussioni deseruiunt ad confusionem mortalium. ad condemnationem corruptibilium. iubet mari: & non contemnit. Dicit uentis & tempestatibus: & mox compescuntur. iubet omni creaturae: & non supgreditur iussionem eius. & unum hominum genus: & unum quod secundum similitudinem dei honorificatum est: cui uerbum & prudentia data est. Hi soli homines resistunt. hi tantum inobedientes sunt. hi solum contemunt. Ideoque & hi soli in iudicio damnabuntur: & a iusticia punientur uelut deterius mutis animalibus. uel iis qui sine spiritu sunt & sine anima in isto mundo. Mirabantur ergo illi: quia mare compescuit: & uenti mitigati sunt. Admiremur & nos quando benignitates & beniuolentias ostendit circa nos dominus: quando de periculis nos saluare dignatur. quando de tumultibus nos liberat. quando ab inimicis insequentibus eruit nos. miremur: & mirantes gratias agamus. gratia obaudiamus. obaudientes timeamus. timentes diligamus: ut aeternae caritatis ab eodem heredes efficiamur. Mirabatur dicentes qualis est iste qui sicut homo uidetur: & sicut deus potentiam ostendit: Sicut unus carnalium putatur esse: & super omnia carnalia magna ostendit.

mirabilia: Dormit sicut homo: & imperat mari &  
uentis sicut deus. In nauicula sedet: & omnem cre-  
aturā iussione iclinat. Vbi uult Iesus christus do-  
minus noster: q̄ tecum uit & regnat in unitate spi-  
ritus sc̄i deus: per omnia sæcula sæculorū. Amen.

**S**egmentum ex euangelio matthæi capite. xiii.

**I**nile factum est regnum coelorum homini  
qui seminabit bonū semem i agro suo. Cum  
autem dormirent homines: uenit inimicus eius &  
superseminabit zizania in medio tritici: & abiit.  
Cum autem creuisset herbā & fructū fecisset: tūc  
apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui  
patrifamilias: dixerunt ei. Domine nōne bonū se-  
mē seminasti i agro tuo: ūde ergo zizania habet?  
Et ait ad illos Inimicus homo hoc fecit. Serui au-  
tem dixerūt ei. Vis imus & colligimus ea: Et ait.  
Nō: ne forte colligētes zizania erradicetis simul  
& triticum. Sinite utraq; crescere usq; ad messem  
& in tempore messis dicam messoribus. Colligite  
primū zizania: & alligate ea i fasciculos ad cōbu-  
rendū. triticū at̄ congregatē i horreū meū. Et re-

**H**omelia beati augustini episcopi:

**T** negligentius agerent prapositī eccle-  
siae: aut dormitionē acciperēt apostoli:  
uenit diabolus & superseminauit eos. quos malos  
filios dominus interpretatur. Possunt etenim di-



ci filii mali. etiam heretici, quia ex eodem euange-  
 lio semine: & christi nomine procreati: prauis opi-  
 nionibus ad falsa dogmata couertuntur. Sed quod  
 dicit eos in medio tritici seminatos: quasi uidea-  
 tur illi significari qui unius communionis sunt. Ve-  
 rumptamen quod dominus agrum illum non eccle-  
 siam: sed hunc mundum interpretatus est. Bene in-  
 telliguntur heretici: quia non societate unius no-  
 minis christiani in hoc mundo permiscuntur bonis.  
 Vt illi qui in eadem fide mali sunt: paleis potius  
 quam zizaniis deputentur. quia palea etiam fun-  
 damentum habet cum frumento: radicemque com-  
 munem. In illa plane sagena qua concluduntur: &  
 boni & mali pisces non absurde mali catholici in-  
 telliguntur. Aliud est enim mare: quod magis istum  
 mundum significat. Aliud sagena: qua unius fidei  
 uel unius ecclesie communionem uidetur ostende-  
 re. Inter hereticos & malos catholicos: hoc inter-  
 est. quod heretici falso credunt. illi autem falso non  
 credentes: non uiuunt ita ut credunt. Solet autem  
 quaeri. scismatici qui ab hereticis distant: cum scis-  
 maticos non fides diuersa faciat: sed communio-  
 nis disrupta societas: utrum inter zizania numeran-  
 di sit. Magis enim uidentur spicis corruptis: esse  
 similiores. Sicut scriptum est. Vento autem corrum-  
 petur filius iniquitatis. Vel paleis aristarum fractis  
 uel scisis: & de segete arreptis. Quo enim alciore.

id est superbiores. eo fragiliores: leuioreſq; ſunt.  
Nec tamen conſequens eſt: ut omnis hereticus  
aut cismaticus: ab eccleſia corporaliter ſeparetur.  
Si enī falſa de deo credit: uel de aliqua parte do-  
ctrine quæ ad fidei pertinet ædificationem ita ut  
non quærentis cunctationem temperatus ſit: ſed  
inconcuffæ credentis: nec omnino ſcientis: opinio-  
ne atque errore diſcordans hereticus eſt: & foris  
eſt animo: quamuis corporaliter intus eſſe uidea-  
tur. Multos enim tales portat eccleſia. quia ita  
non defendunt falſitatem ſententiæ ſuæ: ut inten-  
tam multitudinem faciant. quod ſi fecerint: pel-  
luntur. Regnum coelorum per diuerſas ſacræ ſcrip-  
turæ paginas: multifariæ ſentitur. aliquando ani-  
ma ſacta: nōnunquam agiographa: interdum fili-  
us hominis. cuius exemplaria aſſiduo lectori uo-  
lumina perſcrutanti: non ignobiliter patent. Ad  
hæc prout cepimus regnum coeleſte non ſimplici-  
ter intelligitur: ut ſat euidenter liquet: cum hoc  
dei filius per ſpeciem hominis frumēto agrum ſe-  
rētis: cui illud comparatur. alias anima iuſti figu-  
retur. Vt eſt illud. Coelum mihi ſedes eſt. Bene  
ut dictum eſt: per ſatorem tritici qui in luce per-  
uigil laborans: deus qui uera lux eſt animaduerti-  
tur. Ipſo dicente. Ego ſum lux mundi. Qui ſequi-  
tur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen  
uitæ. Vigilare proprium eſt diei: & in bonam par-

tem accipitur. Dormire noctis: & ad sinistram per  
 tinet. Et cōgrue uigilare diei est. sub quo dies di  
 ei idest christi: typice figuratur. Cuius psalmista  
 meminit dicēs. Dies diei eructat uerbum. Quem  
 rursus uociferamus uigilantē: indicat agens. Nō  
 dormitabit neque dormiet: qui custodit israhel.  
 Cuius diei uestigia uigilantes: idest in bonis ope  
 ribus uacantes Charissimi sectari pro uiribus stu  
 deamus: ut uigilantes christo deo nos aduocante  
 inueniamur. Sicut euangelista ait. Beati serui illi  
 quos cum uenerit dominus: inuenerit uigilantes.  
 Econtrario zizaniorum sator leuiatan qui inimī  
 cus dei & hominum necessario intelligendus est:  
 qui omnibus dormientibus nocte ueniens: lolium  
 tritico superseminauit: & abit. Semen tritici: filios  
 dei figurat. Lolium uero: filios iniquitatis. Ager  
 autem: mundum. Quid est enim ī tempestiuo no  
 ctis dormientibus mortalibus inimicum uenire zi  
 zaniā in agro disseminare: nisi antiquum serpē  
 tem humani generis insidiatorem: qui nox noctis  
 dicitur homines circuire. Quia qua hora sancta  
 matris ecclesie prælatos uel quosq; corde rectos  
 dormientes idest negligentes uel illicita cogitati  
 one ebetatos inueniet. seu quia fāstica machina  
 tione minus armatos animos latenter surripiat: &  
 ad incentiua uana carnis præcipitet: & cum lolis  
 nigredine tritici cādorem perfuscet: idest per mē

bra sua simplicitatē iustorū discindere temptet :  
qualiter eos a ueritate quæ est deus: credere faci  
at. Ager in quo zizanium cum tritico creuit my  
stice mūdi globus prout diximus: accipitur. ī quo  
diuersa genera hereticorum seu caterorū peruer  
sorū: cum bonis inhabitant. qui obstinata perti  
natiā erroris ac nefando dogmate heresum eccle  
siam catholicam dilacerare præsumunt: & seduce  
re contendunt. Contra quos nimirum multiplices  
ecclesiæ rectores constituti sunt: qui statum ipsi  
us ecclesiastico iure ordinent: atq; defendant. &  
arrianis sabellianis. acephalis: caterisque prauis  
obiectoribus: norma ueritatis resistāt. Adhuc de  
satoribus idest christo: & aduersario eius: restat  
quoddā quod logice itelligatur. qui inquantū diuer  
si: intantum diuersa seminarant. Quorum uterq;  
usque odie: semen proprium spargere non cessāt.  
Hic caritatem: ille discordiam. Iste obedientiā:  
ille inobedientiam. Iste humilitatem: ille superbi  
am. Per quam quidem omne humanum genus in  
morte iacebat: nisi christus erigeret. Omne enim  
peccatū prout sacre pagine tradunt ex superbia  
est: quæ totius mali radix penitus comprobatur.  
Primum namque christus in prothoplausto idest  
primo parente adam: omnem pulcritudinem æter  
nitatis. omneque delectamentum sapientiæ īfixe  
rat. unde teterrimus dracho arbiter inuidiæ emar



cuerat: deceptionis elationisque sc̄mate sparso a  
 deo supradictū parentem uerbis suis superbire fe  
 cerat. ut credulū uelut deum fieri ex gustu pomi  
 effecerat: ut superbia qua ipse corruerat: primum  
 hominez transgressorem conditoris præcepti sibi  
 fraudulenter persuadendo compelleret. Cum au  
 tem creuisset herba & fructū fecisset: apparuerūt  
 & zizania. Sunt quidem nonnulli intra sanctam  
 ecclesiam degentes habitu scilicet forinsecus qua  
 si digni. intrinsecus autem: omni dolo & malicia  
 cordis occulta pessimi: quorum iniquitas a parua  
 scintillula primitus inchoans: & in modum ædacis  
 ignis cui strues lignorum large superponitur: ī di  
 es ampliatur: quæ ad tempus latens non ilico pro  
 palatur sed quando crescendo ad maturitatē mes  
 sis p̄uenerit: suscidenda manifestabitur. Et tunc  
 ipse arbores ex fructu qui iniquitas & peccatum  
 est facili erectione cognoscuntur. Ipsa ueritate di  
 cete. A fructibus eorum cognoscetis eos. Hi pro  
 fecto hypocritæ dicuntur: & alienam culpam acri  
 ter increpant: & grauiter diiudicant: propria autē  
 quamuis flagiciosissima uilipēdūt: & scelus quasi  
 non scelus in semetipsis cōspiciunt. Hi ergo do  
 minica uoce redarguuntur: dicete. Hypocrita: ei  
 ce primum trabem de oculo tuo: & tunc perspici  
 es ut educaas festucam de oculo fratris tui.

Segmentum ex euangelio. Luca. x. capite.

**C**onfiteor tibi domine pater coeli & terræ q̄ abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Etiã pater quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater: & quis sit pater nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Et cõuerfus ad discipulos suos dixit. Beati oculi q̄ uident: quæ uos uidetis. Dico enĩ uobis q̄ multi propheta & reges uoluerũt uidere quæ uos uidetis: & nõ uiderunt: & audire quæ auditis: & non audierunt. Tractatus sãcti augu. epĩ ex libro de uerbis dñi.

**A**nctum euangelium cum legeretur: audiuius exultasse dominum Iesũ in spũ & dixisse. Confiteor tibi domine pater coeli & terræ: q̄ abscondisti hæc a sapientibus. Hucusq̄ uerba domini si digne: si diligẽter: si quod primũ est pie cõsideremus: iuenimus primitus: Quod nõ semp cum in scripturis legimus cõffessionem: debemus intelligere uocem peccatoris. Maxime autem hoc dicendum fuit: & hĩc ammonenda caritas uestra: quia mox ut hoc uerbum sonuit lectionis sequutus est etiã sonus tusionis pectoris ur̄i: audito scilicet quod dominus ait. Confiteor tibi pater. In hoc quod sonuit cõfiteor: pectora tũdere uidistis. Tũdere aut̄ pectus qd̄ est: nisi arguere quod latet

in pectore: & euidenti pulsu oculū castigare pec-  
 catum: Quare hoc fecistis: nisi quia audistis Con-  
 fiteor tibi pater: Confiteor audistis: quid confite-  
 tur non attenditis. Nunc igitur aduertite. Si con-  
 fiteor christus prædixit: a quo lōge est omne pec-  
 catum. non solius est peccatoris: sed aliquādo eti-  
 am laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes  
 deum: siue accusantes nos ipsos. Pia est utraq; cō-  
 fessio: siue cum te reprehendis qui nō es sine pec-  
 cato: siue cum illum laudas: qui nō potest habere  
 peccatum. Si autem bene cogitemus reprehensio  
 tua: laus est ipsius. Quare enim iam confiteris in  
 accusatione ipsius tui: Quare confiteris: nisi quia  
 ex mortuo uiuus es factus: Scriptura quippe ait.  
 A mortuo quasi qui non sit: perit confessio. Sed  
 perit a mortuo confessio: qui cōfitetur: uiuit. Et  
 si peccatum confitetur: utique a mortuis reuixit.  
 Si peccati confessor reuixit a morte: quis eum sus-  
 citauit: Nullus mortuus est: sui ipsius resuscitator  
 Ille se potuit suscitare: qui mortua carne nō mur-  
 tuus est. Etenim hoc quod mortuum fuerat: susci-  
 tauit. Ille suscitauit: qui uiuebat ī se. In carne au-  
 tem suscitanda mortuus erat. Non enim pater so-  
 lus filium suscitauit: de quo dictum est ab aposto-  
 lo. Propter quod deus illum exaltauit. sed etiam  
 dominus se ipsum: idest corpus suum. Vnde dicit.  
 Soluite templum hoc: & in triduo suscitabo illud.

Mortuus est autem peccator: maxime ille quem  
moles consuetudinis præmit: quasi sepultus est la-  
zarus. Parum enim erat quia mortuus: nisi etiam  
sepultus esset. Quisquam igitur malæ cōsuetudi-  
nis: malæ uitæ terrenarum scilicet cupiditatur-  
mole præmitur: ita ut in illo iam factū sit: quod  
ī quodam psalmo miserabiliter dicitur. Dixit stul-  
tus in corde suo: non est deus. Sit talis de quali  
dictum est. A mortuo uelut qui non sit: perit con-  
fessio. Et quis eum suscitauit: nisi qui remoto la-  
pide clamauit dicens: Lazare ueni foras. Quid est  
autem prodire foras: nisi quod occultum erat fo-  
ras prodire. Qui confitetur: foras prodit: Foras  
prodire nō posset: nisi uiueret. Vivere nō posset  
nisi resuscitatus esset. Ergo in confessione sui ac-  
cusatio: dei laudatio est. Dicit ergo aliqs. Quid  
prodest ecclesiæ: si iam confessor uoce dominica  
resuscitatus prodit. Quid prodest ecclesiæ confi-  
tenti. Cui dominus ait. Quæ solueris in terra: so-  
luta erunt & ī coelo. Ipsum Lazarum attende: cū  
uinculis prodit. Iam uiuebat confitendo: sed non  
dum liber ambulabat uinculis irretitus. Quid er-  
go fecit ecclesia cui dictum est: quæ solueris solu-  
ta erunt: nisi quod ait dominus continuo ad disci-  
pulos. Soluite illum: & sinite abire. Siue ergo nos  
accusamus: siue deum laudemus: bis deum lauda-  
mus. Quando deum laudamus: tanquam eum qui



sine peccato est: prædicamus. Quando autem nos ipsos accusamus: ei per quem resurreximus: gloriam damus. Hoc si feceris nullam occasionem inuenit inimicus: qui circumueniet ad iudicem. Cū enī tu ipse fueris accusator & dominus liberator: quid erit ille nisi calumniator? Merito ille hīc sibi tutelam præuidit aduersus inimicos: non conspiciens: carnem & sanguinem miserandā potius quā cauēdam: sed aduersus illos inimicos: cōtra quos apostolus nos ortatur armari. Nō est inq̄t uobis conluctatio aduersus carnem & sanguinem: id est aduersus homines quod uideris seuire in uos.

Segmentum ex euangelio matthæi. xx. capite.

**I**N illo t̄pore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hāc. Simile est regnum coelorum homini patrifamilias: qui exiit primo mane cōducere operarios in uineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno: misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam: uidit alios stantes in foro ociosos: & dixit illis. Ite & uos in uineā meam: & quod iustū fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterū autem exiit circa sextam & nonam horam & fecit similiter. Circa undecimam uerō exiit: & inuenit alios stantes. Et dicit illis. Quid hīc statis tota die

occiosi: Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. ite & uos in uineam meam. Cum sero autem factum esset: dixit dominus uineæ procuratori suo. Voca operarios: & redde illis mercedem: incipiens a nouissimis usque ad primos. Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerat: acceperunt sigulos denarios. Venientes autem & primi: arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi sigulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias dicentes. Hi nouissimi una ora fecerunt: & pares illos nobis fecisti: quia portauimus pondus diei & estus. At ille respondens uni eorum dixit. Amice: non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum: tolle quo tuum est & uade: uolo autem & huic nouissimo dare sicut et tibi: aut non licet michi quod uolo facere: an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum. sic erunt nouissimi primi: & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati: pauci uero electi.

**H**omelia beati gregorii papa.

**I**n explanatione sua multa ad loquendum sancti euangelii lectio postulat. quam uolo si possum sub breuitate prestringere: ne uos & extensa processio & proluxa expositio uideatur honerare. Regnum coelorum patrifamilias simile dicitur: qui ad excolendam uineam suam operarios conduxit. Quis uero patrifamilias similitudinem

rectius tenet: quā conditor noster q̄ regit quos cō  
 didit: & electos suos sic ī hoc mūdo possidet: qua  
 si subiectos doming ī domo: Qui habet uineā uni  
 uersā scilicet ecclesiā: que ab abel iusto usq; ad ul  
 timū electum ī fine mundi nasciturus est: quod s̄  
 ctos protulit: quasi tot palmitēs misit. Hic itaq; pater  
 ad excolendam uineā suā: mane. hora tertia  
 sexta. nona &. ūdecima: operarios conduxit. quia  
 a mundi huius initio usque ad finem: ad erudien  
 dam plebem fidelium p̄dicatores mittere nō de  
 stitit. Mane etenī fuit ab adā: usq; ad noe. Hora  
 uero tertia: a noe usq; ad abrahā. Sexta quoq; ab  
 abraham: usq; ad moysē. Nona autē a moysē: usq;  
 ad aduentū domini. Vndecima uero ab aduētū do  
 mini: usq; ad finem mūdi. In qua p̄dicatores s̄  
 cti apostoli missi sunt: qui mercedē plenā & tarde  
 uenientes acceperunt. Ad erudiendam ergo domi  
 nus plebem suam: quasi ad excolendā uineam suā  
 nullo tempore destitit operarios mittere: q̄ & pri  
 us p̄ patres: & postmodū p̄ legis doctores & p̄ pro  
 phetas: ad extremum uero per apostolos: dū ple  
 bis suæ mores excoluit: quasi per operarios in ui  
 nē cultura laborauit. Quāuis ī quolibet modulo  
 uel mēsurā q̄ quis cū fide recta bonæ actiōis exti  
 tit: huius uinæ oparius fuit. Operator ergo mane  
 hora tertia. sexta. & nona: antiquus ille & hebrai  
 cus pplūs designatur. q̄ ī electis suis ab ipso mūdi

exordio dū recta fide deū studuit colere: quasi nō  
destitit ī uineæ cultura laborare. Ad ūdecimā ue  
ro gentiles uocātur: qbus & dicitur. Quid hic sta  
tis tota die ociosi: Qui enī trāfacto tan lōgo tēpo  
re mundi pro uita sua laborare neglexerāt: quasi  
tota die ociosi stabāt. Pēstate fratres: qd ī seque  
ti respondeant. Dicunt ei: qā nemo nos cōduxit.  
Nullus qppe ad eos patriarcha: nullus propheta  
uenerat. Et qd est dicere ad laborē nemo nos con  
duxit: nisi uita nobis uias nullo predicauit. Quid  
ergo nos a bono ope cesātes ī excusatiōe nostra di  
cturi sumus: q pene a matris utero ad fidem ueni  
mus qui uerba uita ab ipsis cunabulis audiuius  
q ab uberibus scē ecclīæ potū supnæ prædicatiōis  
sūpsimus cū lacte carnis: Possumus uero & easdē  
diuersitates horarū etiā ad unūquemq; hominem  
per ætatum momenta distinguere. Mane quippe  
ītellectus nostri: puericia est. Hora at̄ tertia: ado  
lescentia intelligi potest: quia quasi sol in altū pro  
ficit dum calor ætatis crescit. Sexta uero iuuentus  
est: quia uelut ī centro figitur: dū mea plenitudo  
roboris solidatur. Nona autem: senectus ītelligi  
tur: in qua sol uelut ab alto axe descēdit: quia ea  
ætas a calore deficit. Vndecima uero est ea ætas  
quæ decrepita uel ueterana dicitur. Vnde greci  
ualde seniores non gerontas: sed præbyteros ap  
pellant: ut plusquam senes esse insinuent: quos



proiectiores uocāt. Quia ergo ad uitā bonā aliq̄  
 in puericia. alius in adolescētia. alius ī iuuetute.  
 alius ī senectute. alius ī decrepita ætate pducitur  
 q̄si diuersis horis oparii ad uineam uocantur. mo  
 res ergo uestros fratres aspiciate. & si iā dei opera  
 rii estis: uidete. Penset unusq̄sq̄ qd̄ agat: & cōside  
 ret si in dñi uinea laborat. Qui enī in hac uita ea  
 quæ sunt huius mūdi quærit: adhuc ad domini ui  
 neam non uenit. Illi namq̄ deo laborant qui non  
 sua: sed lucra aliena quærun. Qui zelo caritatis  
 studio caritatis inseruiunt. animabus lucrādis iui  
 gilant. Perducere & alios secū ad regnū festināt.

Segmentum ex euangelio Lucae octauo capite.

**I**n illo tēpore cū turba plurima cōuenirent  
 & de ciuitatibus properarent ad eum: dixit  
 per similitudinem. Exiit qui seminat seminare se  
 men suum: & dum seminat: aliud cecidit secus uia  
 & conculcatū ē: & uolocres coeli comederūt illud.  
 Et aliud cecidit supra petrā: & natum aruit: quia  
 non habebat humorē. Et aliud cecidit īter spinas.  
 & simul exorta spinæ: suffocauerūt illud. et aliud  
 cecidit in terrā bonā: & ortū fecit fructū cētuplū.  
 Hac dicens clamabat. Qui habet aures audiēdi:  
 audiat. Interrogabāt āt eū discipuli eius: quæ esset  
 hæc pabola. Quibus ipse dixit. Vobis datū est nos  
 se mysterium regni dei. cæteris āt in parabolis: ut

uidentes non uideant. & audientes nō intelligāt.  
Est autem hæc parabola. Semen est uerbum dei.  
Qui autem secus uia: hi sūt q̄ audiūt: deīde uenit  
diabolus & tollit uerbū de corde eorū: ne creden  
tes salui fiāt. Nam q̄ supra petrā: qui cū audierūt  
cum gaudio suscipiunt uerbū: & hi radices non ha  
bent: quia ad tempus credunt: & in tempore tem  
tationis recedunt. Quod at̄ ī spinas cecidit: hi sūt  
qui audierūt: & a sollicitudinibꝯ & diuitiis & uolup  
tatibus uitæ euntes suffocantur: & non referūt fru  
ctum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui  
in corde bono & optimo audientes uerbū retinēt  
& fructum afferunt in patientia. Et reliqua.

**H**omelia beati gregori papa.

**E**c̄tio sancti euāgelii quā modo fratres  
charissimi audistis: expositiōe nō īdiget  
sed ammonitione. Quā enī p̄ semetip̄ā ueritas ex  
posuit: hanc discutere humana fragilitas nō præsu  
mit. Sed est quod sollicite in hac ipsa expositione  
dominica pensare debeatis. q̄a si nos uobis semen  
uerbum. agrū mundum. uolucres demonia. spinas  
diuitias: significare diceremus: ad credendū uobis  
mens uŕa forsitā dubitaret. Vnde & idē dominus  
p̄ semetipsū dignatus ē exponere: quod dicebat.  
ut sciatis rerū significationes quærere: ī iis etiam  
quæ p̄ semetipsū uoluit explanare. Exponendo er  
go q̄ dixit: figurate se loq̄ innotuit. quatinus cer

tos uos redderet: cum uobis uestra fragilitas uer-  
 borū illius figuras aperiret. Quis enī mihi unquā  
 crederet: si spinas diuicias īterpretari uoluiffem:  
 maxime cū ille pungāt: & iste delectent. Et tamē  
 spinæ sūt: q̄a cogitationū suarū punctionibus men-  
 tem lacerāt: & cum usq; ad peccatū p̄trahunt. qua  
 si ī flicto uulnere cruentant. Quas bene hoc ī  
 loco alio euāgelista testāte: nequaquam dominus  
 diuicias: sed fallaces diuicias appellat. Fallaces  
 sūt: quæ mentis nostræ inopiā non expellūt. Solæ  
 autē diuiciæ ueræ sūt: quæ nos diuites uirtutibus  
 faciunt. Si ergo fratres charissimi diuites esse cu-  
 pitis: ueras diuicias amate. si culmen ueri honorif-  
 quaritis: ad coeleste regnū tēdite. Si gloriā digni-  
 tatū diligitis: in illa sup̄na āgelorum curia ascribi  
 festinate. Verba dei quæ aure percipitis: mētē re-  
 tinete. Cibus enim mētis: sermo dei est. Et quasi  
 acceptus cibus stomacho lāguente reicitur: quan-  
 do auditus sermo in uentre memoriæ nō tenetur.  
 Sed quisquis alimenta nō retinet. hūius uita pro-  
 fecto desperatur. Aeternæ ergo mortis periculū  
 formidate: si cibum quidem sanctæ exortationis  
 accipitis: sed uerba uitæ idest alimenta iustitiæ ī  
 memoria non tenetis. Ecce transit omne quod  
 agitis: & ad extremum iudicium sine ulla momen-  
 ti interpositione: quotidie uolentes nolentesque  
 properatis. Cur ergo amatur: quod reliquitur. Cur

negligitur: quo puenitur: Mementote quod dicitur. Siquis habet aures audiendi: audiat. Omnes enim qui illic adderant: aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus: si quis habet aures audiendi audit dicit. aures proculdubio cordis requirit. Curate ergo ut acceptus sermo: in cordis aure remaneat. Curate ne semen iuxta uiam cadat: ne malignus spiritus ueniat: & a memoria uerbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat: & fructum boni operis sine perseverantiae radicibus mittat: multis enim libet quod audiunt: boni operis incipia praeparant: sed mox ut fatigari aduersitatibus ceperint inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit: quae hoc quod germinauerat: ad fructum perseverantiae non perduxit. Multi namque cum uerbum contra auaritia audiunt: eandem auariciam detestantur: rerum omnium contemptum laudant: sed mox ut uiderit animus quod concupiscat: obliuiscitur quod laudabat. Multi cum uerbum contra luxuriam audiunt: pollutiones carnis non solum perpetrare non appetunt: sed etiam perpetrata erubescunt. Sed mox ut carnis species eorum oculis appareat: sic mens ad desiderium rapitur. ac si adhuc ab ea nihil sit contra haec eadem desideria deliberatum. Et damnanda egit: quae quod quid egisse se meminit: iam & ipsa damnauit. Saepe etiam contra culpas compungimur: & tamen post fletum ad



culpas redimus. Sic Balaã israhelitici ppli taber-  
 nacula contēplatus fleuit. eisq; se similem fieri in  
 morte depoposcit: dicens. Moriatur aīa mea mor-  
 te iustorū: & fiant nouissima mea istorū similia.  
 Sed mox ut hora cōpūctionis trāsīt in auariciā ne-  
 quiciā exarsit. Nam propter promissa munera in  
 eius populi morte cōsiliū dedit: cuius mortis in  
 morte se fieri simile optauit. Et oblitus est quod  
 plāxerat: cū extinguerē noluit quod p auariciā ar-  
 debat. Notādū uero est: quod exponēs dominus  
 dicit. Quia sollicitudines & uoluptates & diuiciā  
 suffocāt. Suffocāt enī: q̄a importunis cogitationi-  
 bus suis guttur mentis strāgulāt: & dū bonū deside-  
 riū intrare ad cor nō sinūt: quasi additū flatus ui-  
 talis necant. Notandū etiam quod duo sunt quæ  
 diuitiis iungit. sollicitudines uidelicet: & uolupta-  
 tes. q̄a profecto & p curam mētem opprimūt: & p  
 affluentiam resoluunt. Res enim contrarie possesso-  
 res suos afflictos & lubricos faciūt. Sed q̄a uolup-  
 tas cōuenire nō potest cum afflictione. aliquo quī-  
 dem tempore per custodiā suā sollicitudinē affli-  
 gūt: atq; alio p habūdantiā ad uoluptates emolli-  
 unt. Terra at̄ bona: fructū per paciētiam reddit.  
 q̄a scilicet nulla sūt bona quæ agimus: si nō aqua  
 nimiter etiā proximorū mala tolleramus. Quāto  
 enim quisq; altius profecerit: tanto in hoc mundo  
 inuenit quod durius portet. q̄a cum a presentī s̄e

culo mentis nostræ delectatio deficit eiusdē sacu-  
li aduersitas crescit. Hic est enim quod plerofq;  
cernimus: & bona agere: & tamen sub graui tribu-  
lationum fasce desudare. Terrena nāq; iā deside-  
ria: fugiūt: & tamē flagellis durioribus fatigātur.  
Sed iuxta uocē domini fructū p̄ paciētiā reddit:  
ga cū humiliter flagella sustinent. ad regem subli-  
miter succipiuntur. Sic uua calcibus tunditur: & ui-  
nū sapore liquatur. Sic oliua concusiōibus expres-  
sa a murcha sua deserit: & ī olei liquorem p̄gues-  
cit. Sic p̄ triturā area a paleis grana separātur: &  
ad orreum purgata pueniūt. Quisq; ergo appetit  
suæ flagella tolerare. ut tāto post ad iudiciū mun-  
dior ueniat: quāto nūc eius rubiginē durior ignis  
tribulationes purgat.

Segmentum ex euangelio Luca. XVIII. capite.

**A**sumpsit at̄ Iesus duodecī discipulōs suos: &  
ait illis. Ecce ascēdimus hierosolymā: & cō-  
sumabūtur oīa quæ scripta sunt p̄ prophetas de fi-  
lio hominis. Tradetur enī gētibus: & illudetur. &  
flagellabitur. & conspuetur. & postquā flagellau-  
erūt: occidēt eū: & die tertiā resurget. Et ipsi nihil  
horum itelexerūt. Erat uerbū istud absconditū ab  
eis: & nō intelligebāt quæ dicebātur. Et reliqua.

**R**omelia beati gregorii p̄p̄a.  
Edempor noster p̄auidēs ex passione

sua discipulorum animos perturbandos: eis longe  
 ate eiusdem passionis poenā: & resurrectionis suae  
 gloriā prädicit. ut cū moriētem sicut prädictū est  
 cernerent: etiā resurrecturū nō dubitarēt. Sed q̄  
 carnales adhuc discipuli nullo modo ualebant ca  
 pere uerba mysterii: uenitur ad miraculum. Ante  
 oclōs cæcus lumen recepit. ut q̄ coelestis mysteriū  
 uerba non capent: eos ad fidē celestia facta solida  
 rēt. Sed miracula domini & saluatoris nr̄i: sic acci  
 pienda sūt fratres mei: ut & ī ueritate credātur fa  
 cta & tamen p̄ significationē nobis aliqd̄ innuant  
 Opera q̄ppe eius & p̄ potentiā aliud ostēdūt: & p̄  
 mysteriū aliud loquūtur. Ecce enī q̄s iuxta hysto  
 riā cæcus iste fuerit: ignoramus. sed tamē quid p̄  
 mysteriū significet: nouimus. Cæcus q̄ppe ē genus  
 humanū: quod ī parēte primo a paradyssi gaudiis  
 expulsū: claritatem supernæ lucis ignorās: damna  
 tionis suæ tenebras patitur. Sed tamen p̄ redemp  
 toris sui præsentia illuminatur: ut in aternæ lucis  
 gaudia iā p̄ desiderū uideat: atq̄ in uia boni opis  
 gressus ponat. Notandū uero est: q̄ cū Iesus ierī  
 co appropinquare dicitur: cæcus illuminatur. Ierī  
 co q̄ppe interpretatur luna. Luna at̄ in sacro elo  
 quio: pro defectu ponitur carnis. Quia dū mēstru  
 is momētis decrescit: defectū nostræ mortalitatis  
 designat. Dū igitur cōditor noster appropinquat  
 ierico: cæcus ad lumen redit: q̄ dū diuinitas dese

ctum nostræ carnis suscepit: humanū genus lumē  
quod amiserat: recepti. Vnde enī deus humana  
patitur: ide homo ad diuina subleuatur. Qui uide  
licet cæcus recte & iuxta uia sedere: & medicas ef  
se: describitur. Ipsa enī ueritas dixit. Ego sū uia.  
Qui ergo æternæ lucis claritatē nescit: cæcus est.  
Sed si iā in redemptorē credidit: sed ut æternū lu  
men recipiat rogare dissimulat: atque a precibus  
cessat. cæcus eqdē iuxta uia sedet: set minime me  
dicat. Si uero & credidit: & exorat: & iuxta uia se  
det cæcus: & medicat. Quisq; ergo cæcitatē suā  
tenebras agnoscit: q; hęc quod sibi deest lumē  
æternitatis intelligit: clamet medullis cordis: cla  
met uocibus mentis: Iesu fili dauid miserere mei.  
Sed qd clamāti cæco subiungitur: audiamus. Et q  
præibāt: ierepabant eū ut taceret. Quid at signifi  
cāt isti q; Iesū ueniētē præcedūt: nisi desideriorum  
carnaliū turbas: tumultusq; uiciorū: Qui priusquā  
Iesus ad cor nostrū ueniat: tētationibus suis cogi  
tationē nostrā dissipāt: & uoces cordis ī orationē  
pturbant. Sape nāq; dū conūti ad dñm post ppe  
trata uicia uolumus dū contra hęc eadē exorare  
uicia quæ ppetrauimus conamur: occurrunt cordi  
nro fāta smata peccatorū quæ fecimus: mentis no  
stræ atiez reuerberant. cōfūdūt animū: & uocē no  
stræ depræcatiōis præmūt. Qui præibāt ergo iere  
pabāt eū: ut taceret. Quia priusquā Iesus ad cor.



nostrum ueniat: mala quæ fecimus cogitationi no-  
 stræ suis imaginibus illisa: in ipsa nostra oratione  
 cõturbât. Sed quod ad hæc illuminãndus cæcus fecit:  
 audiamus. Sequitur. Ipse uero multo magis clama-  
 bat. Fili dauid miserere mei. Ecce quæ turba incre-  
 pat ut taceat: magis ac magis clamabat: quia quã-  
 to grauiori tumultu cogitationũ carnaliũ præmi-  
 mur: tãto orationi insisteret ardetius debemus. Cõ-  
 tradicit turba ne clamemus: quia peccatorũ nostro-  
 rum fantasmata: plerũquẽ in oratione patimur. Sed  
 nimirũ necesse est: ut uox cordis nostri quo duri-  
 us repellitur: ualentius insistat. quatinus cogitatio-  
 nis illicita tumultũ superet: atquẽ ad pias aures do-  
 mini nimietate suæ importunitatis erũpat. In se ut  
 suspicor recognoscit unusquisquẽ quod dicimus. quia  
 dũ ab hoc mũdo animũ ad deũ mittimus: dũ ad ora-  
 tionis opus cõuertimur: ipsa quæ prius delectabili-  
 ter gessimus: importuna post & grauiã in oratione  
 toleramus. Vix eorũ cogitatio manu sc̃i desiderii  
 ab oculis cordis abicitur: uix eorũ fantasmata p̃ poe-  
 nitentiã lamẽta superãtur. Sed cũ in oratione nr̃a  
 uehementer insistimus: trãseuntẽ Iesũ figimus. Vn-  
 de illic subditur. Stãt at̃ Iesus iussit illũ adduci ad  
 se. Ecce stat quod ante trãsiebat: quia dũ adhuc turbas  
 fantasmatũ in oratione patimur: Iesũ aliquatenus  
 trãseuntẽ sentimus. Cum uero orationi uehemen-  
 ter insistimus: stat Iesus ut lucem restituat: quia

deus in corde figitur: & lux ammissa reparatur.  
Qua tamen i re & aliud aliquid nobis dominus in  
nuit: quod intelligi de humanitate ac diuinitate il  
lius utiliter possit. Clamantem etenim cæcum trāsi  
ens audiuit: sed stans miraculū illuminationis exi  
buit. Trāsire nāq; humanitatis est: estare diuinita  
tis. Per humanitatē qppe habuit nasci. crescere.  
mori. resurgere. de loco ad locum uenire. qā ergo  
in diuinitate mutabilis nō est: atq; hoc ipsum mu  
tare transire est. profecto iste transitus ex carne  
est: non ex diuinitate. Per diuinitatem uero stare  
est qā ubiq; præsens nec p motum uenit: nec per  
motum recedit. Cæcū igitur clamantem dominus  
transiens audit: stans illuminat. quia non solū per  
humanitatē suā uocibus nostræ cæcitatē cōpacien  
do misertus est: sed & lumen gratiæ nobis per di  
uinitatis potentiam infudit. Et notandum: quid  
cæco uenienti dicat. Quid tibi uis faciā: Nūquid  
q lumen reddere poterat: quid uellet cæcus igno  
rabat: Sed peti uult hoc quod & nos petere & se  
cōcedere: prænoscit. Importune namq; ad oratio  
nem nos ammonet: & tamen dicit. Scit namq; pa  
ter uester: quid opus sit in uobis āte quam petatis  
eum. Ad hoc requirit: ut petatur. ad hoc requirit:  
ut cor ad orationem excitet. Vnde & cæcus pro  
nus adiungit. Domine: ut uideā. Ecce cæcus a do  
mino non aurum; sed lucem quarit. Paruipendit

extra lucē aliquid petere . quia & si habere cæcus  
 quod libet potest: sine luce nō potest uidere quod  
 habet. Imitemur igitur fratres charissimi eum  
 quē & corpore audiuius: & mente saluatū. Nō  
 falsas diuicias: non terræna dona: nō fugitiuos ho-  
 nores a domino: sed lucē quæramus. Nec lucem  
 quæ loco clauditur: quæ tpe finitur: quæ noctium  
 interruptione uariatur: quæ nobis communiter  
 cum pecoribus cernitur. sed lucē quæramus: quā  
 uidere cū solis âgelis possimus: quam nec initium  
 ichoat: nec finis âgustat. Ad quam profecto lucē  
 uia fides est. Vnde recte & illuminando cæco: pro-  
 tinus responderetur. Respice: fides tua te saluū fe-  
 cit. Sed ad hæc cogitatio carnalis dicit. Quomo-  
 do possū lucem spūalem quærere: quā uidere non  
 possu: Vnde mihi certum est si sit: quæ corporeis  
 oculis non infulget. Cui scilicet cogitationi est: q̄  
 breuiter quisque respōdeat dicens. quia & hæc ip-  
 sa quæ sentit non per corpus: sed per animam co-  
 gitat. Et nemo suam animam uidet: nec tamen se  
 dubitat habere animā quam non uidet. Ex inui-  
 sibili animā: uisibile regitur corpus. Si auferatur  
 quod est iuisibile: protinus corruit hoc quod uisi-  
 bile stare uidebatur. Ex iuisibili ergo substantia:  
 in hac uita uisibili uiuitur: & esse uita iuisibilis du-  
 bitatur. Sed iam petēti cæco quid factum est: uel  
 quid ipse fecit audiamus. Sequitur. Et confestim

.h. iiii.

uidit: & sequebatur eum. Videt & sequitur: qui bonum quod intelligit operatur. Videt autē sed nō sequitur: qui bonū quidem intelligit: sed bona operari contemnit. Si ergo fratres charissimi cecitatem iā nostrā peregrinationis agnoscimus: si credendo in redemptoris nostri mysteriū iuxta uiam sedemus: si exorando quotidie ab auctore nostro lucem petimus: si eādem lucem iam per intellectuū uidendo illuminati post cecitatem sumus: Iesum quem mente cernimus: opere sequamur. Aspiciamus quo graditur: & eius uestigia imitando tenemus. Iesum enim sequitur: qui imitatur. Hinc namq; dicit. Sequere me. Et dimitte mortuos: scilicet pelire mortuos suos. sequere enī dicitur imitare. Hinc rursus ammonet dicens. Si quis michi ministrat: me sequatur. Cōsideremus ergo quo graditur: ut sequi mereamur. Ecce cum sit dominus & creator āgelorū: suscepturus naturā nostrā quam condidit: in uterum uirginis uenit. Nasci tamen in hoc mundo per diuites noluit: parentes pauperes elegit. Vnde & agnus qui pro illo offeretur: defuit. columbarum pullos & par turturum ad sacrificium: mater iuenit. Prosperari in mundo noluit. opprobria. irrisionesq; tolerauit. Sputa. flagella: alapas. spinam coronam: crucem sustinuit. Et qui rerum corporalium delectatione a gaudio interno cecidimus: cum qua amaritudine illuc re-



deatur: ostendit. Quid itaq; homo pro se pati de-  
 bet: si tanta deus pro hominibus pertulit: Qui er-  
 go i christum iam credit: si adhuc auaricia, lucra  
 sectatur: in superbia honoris extollitur: iuidia fa-  
 cibus in ardescit: libidinis imundicia polluit: pros-  
 pera quæ in mundo sunt concupiscit. Iesum i quæ  
 credit: sequi contemnit. Diuerso quippe itinere  
 ambulat: si gaudia delictationesque appetit: cui  
 dux suus uiam amaritudinis ostendit. Reuocemus  
 ergo ante oculos peccata quæ fecimus: considerare  
 mus quam terribilis iudex hæc puniturus adueni-  
 at. Mentem formemus ad lameta uita nostra ad  
 tempus amarescat in poenitentia: ne æternā ama-  
 ritudinem sentiat in uindicta. Per flectus quippe  
 ad gaudia perducimur: ueritate pollicente quæ ait.  
 Beati qui lugent: quoniã ipsi consolabuntur. Ad  
 fletum uero per gaudia perducimur: ueritate pol-  
 licente quæ ait. Ve uobis qui ridetis nunc: quia lu-  
 gebitis & flebitis. Si ergo retributionis gaudium  
 in peruentione quarimus: poenitentia amaritudi-  
 nem in uiam teneamus. Sic que fit: ut non solum  
 nostra in deum uita proficiat: sed hæc ipsa nostra  
 conuersatio ad laudem dei: & alios ascendat. Vn-  
 de illic subditur. Et omnis plebs ut uidit: dedit la-  
 udem deo.

Segmentum ex euangelio matthæi. iiii. capite

**O** Vnc Iesus ductus est in desertū a spū: ut tentaretur a diabolo: & cū ieiunasset quadragīta diebus & quadragīta noctibus postea esurit. Et accedēs tētator dixit ei. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiāt. Qui respōdēs dixit. Scriptū est: nō in solo pane uiuit homo: sed ī. omni uerbo quod procedit ex ore dei. Tunc assūpsit eū diabolus ī sactā ciuitatē: & statuit eū supra pinaculū tēpli: & dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptū est enim. q̄a angelis suis mādauit de te: & in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidē pedem tuum. At illi Iesus rursus. Scriptum est. Non tentabis dominum deum tuum. Iterū assūpsit eum diabolus in montem excelsū ualde: & ostēdit ei omnia regna mundi & gloriam eorum: & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus. Vade sathana. Scriptum est enim. Dominum deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Tūc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt: & ministrabant ei. Et reliqua.

**O** Homelia beati gregorii papæ.  
Vbitari a quibusdam solet: a quo spū sit Iesus ductus ī desertū: propter hoc quod subditur. Assumpsit eum diabolus ī sanctam ciuitatem. Et rursus. Assumpsit eum in mōtem excelsū. Sed uere & absque ulla questione cōueni

enter accipitur. ut a factio spū in desertum ductus  
 credatur: ut illuc eum suus spūs duceret: ubi hunc  
 ad tentandum spiritus maligno inueniret. Sed ec  
 cecum dicitur deus homo: uel in excelsū montem:  
 uel ī sanctā ciuitatem: a diabolo assumptus: mens  
 refugit. humane hoc audire aures expauescunt. q  
 tamen non credibilia ista cognoscimus: si in illo &  
 alia facta pensamus. Certe iniquorū omniū diabo  
 lus caput est: & huius capitis membra sunt omnes  
 iniqui. An nō diaboli membrū fuit pylatus? An  
 non diaboli mēbra iudai persequentes: & milites  
 crucifigentes fuerūt? Quid ergo mirū si se ab illo  
 permisit in montem duci: qui se pertullit etiā &  
 a membris illius crucifigi? Non est ergo indignū  
 redemptori nostro quod tentari uoluit: qui uene  
 rat occidi. Iustum quippe erat: ut sic tentationes  
 nostras suis tētationibus uinceret: sic mortem no  
 stram uenerat: sua morte superare. Sed sciendum  
 nobis est: quia tribus modis tētatio agitur. sugge  
 stione. delectatione. consensu. Et nos cum tenta  
 mur plerumque in delectationē: aut etiā in cōsē  
 sum labimur. quia ex carnis peccato propagati in  
 nobis etiam ipsis gerimus: uide certamina tollera  
 mus. Deus uero qui in utero uirginis īcarnatus ī  
 mundū sine peccato uenerat: nihil contradictionis  
 in semetipso tolerabat. Tentari ergo p suggestio  
 ne potuit: sed eius mētē peccati delectatio nō mo

mordit: atq; ideo omnis diabolica illa tētatio: fo-  
ris non intus fuit. Sed si ipsum ordinem tētatio-  
nis eius aspiciamus: pensemus quāta magnitudine  
nos a tēntatione liberamur. Antiquus hostis con-  
tra primū hominē parentē nostrū: in tribus se tēn-  
tationib; erexit: q̄a hūc uidelicet gula. uāna gl̄ia  
& auaricia: tēntauit. sed tēntando superauit: quia  
sibi eū per cōfēsūm subdidit. Ex gula quippe tēta-  
uit: cum cibū ligni uectitū ostendit: atq; ad comē-  
dendū suāsit. Ex uana gl̄ia tēntauit: cū diceret.  
Eritis sicut dii. Et ex prouectu auaricia: tēntauit  
cum diceret. Sciētes bonū & malū. Auaricia enī  
nō solū pecuniā est: sed etiā altitudinē. Recte enī  
auaricia dicitur: cū supra modū sublimitas ābitur.  
Si enim non ad auariciā honoris rapina pertinet:  
nequaquā paulus de unigenito filio dicēret. Nō  
rapinā arbitratus est: esse se æqualē deo. In hoc  
ergo diabolus parentē nostrū ad supbiā traxit: q̄  
eū ad auariciā sublimitatis excitauit. Sed q̄b; mo-  
dis primū hominē strauit: eisdem modis secūdo  
hominē tēntato: succubuit. Per gulā quippe tēntat  
cū dicit. Si filius dei es: mitte te deorsum. Per su-  
blimitatis auariciā tēntat: cum omnia regna mun-  
di ostendit: dicens. Hæc omnia tibi dabo: si proci-  
dens adoraueris me. Sed eisdem modis a secūdo  
hominē uincitur: q̄bus primū se uicisse gl̄iebat: ut  
a nostris cordibus ipso āditu captus exeat: quō



nos aditu ītromissimus tenebat. Sed aliud est fra  
 tres charissimi: q̄ in hac tēptatione dn̄ica confide  
 rare debeamus: q̄a tēptatus a diabolo dominq̄: sa  
 cri elogi p̄cepta respondit. Et q̄ eo uerbo quod  
 erat: tētatorē suū mergere ī abyssū poterat: uirtu  
 tem suā potētia nō ostēdit. Sola diuinā scripturā  
 p̄cepta edidit: quatinus suā nobis paciētia p̄r  
 beret exemplū: ut quotiēs a prauis hominibus ali  
 qd patimur: ad doctrinā excitēmur potius quā ad  
 uīdictā. Pēsate quāta ē paciētia dei: quāta est īpa  
 ciētia n̄ra. Nos si īiuriis aut aliqua lesione prouo  
 camur: furore p̄moti: ad quātū possumus nos met  
 ipsos ulciscimur: aut q̄ nō possumus facere: mina  
 mur. Ecce aduersitatē diaboli dominus p̄tulit: &  
 nihil ei nisi māsuētudinis uerba respōdit. Portat  
 quē punire poterat: ut hoc in laudem eius latius  
 cresceret: si hostē suū nō extingūdo: sed interi p̄  
 ciēdo suparet. Notandū uero q̄ subditur: q̄a rece  
 dente diabolo: āgeli ministrabāt ei. Ex qua re qd  
 aliud quam unius p̄sonā utraq̄ natura ostēditur:  
 Quia & homo est quē diabolus tentat: & idē ipse  
 deus est: cui ab āgelis ministratur. Cognoscamus  
 in eo igitur naturam nostram: quia nisi hunc dia  
 bolus hominem cerneret non tentaret. Venere  
 mur in illo diuinitatem suā: quia nisi super omnia  
 deus existeret: ei nullo modo angeli ministrarēt.  
 Sed q̄a iis diebus quadragesimā lectio congruit:

nam quadraginta dierum abſtinentiã noſtri redem-  
ptoris audiuiſimus: qui quadageſimæ tempus i cho-  
amus. diſcucientiũ nobis eſt: cur hæc ipſa abſtinen-  
tia per quadraginta dierum numerum cuſtoditur.  
Moyſes ut legẽ acciperet ſecundo: diebus quadra-  
gita ieiunauit. Helias in deſerto quadraginta die-  
bus abſtinuit. Ipſe auctor hominũ ad homines ue-  
niẽs: i quadraginta diebus oĩmodo nullũ cibũ ſũp-  
ſit. Nos quoq; i quãtũ poſſumus: añuo quadage-  
ſimæ tẽpore: carnem noſtrã p abſtinentiã afflige-  
re: conemur. Cur ergo in abſtinentiã quadragena-  
rius numerus cuſtoditur: niſi quia uirtus decalogi p  
libros quattuor ſcĩ euãgelii ipletur: Denarius ete-  
nim numerus quater ductus: i quadragenariũ ſur-  
git: quia tunc decalogi mãdata p̄ficimus: cũ profe-  
cto quattuor libros ſancti euãgelii: cuſtodimus. Ex  
qua re ſentiri & aliud poteſt. In hoc enim morta-  
li corpore: ex quattuor elementis ſubſiſtimus: &  
per uolũptates eiũdem corporis: præceptis domi-  
nicis cõtrahimus. Præcepta autem dominica: per  
decalogũ ſunt accepta. Quia ergo per carnis de-  
ſideria decalogi mandata contempſimus: dignũ  
eſt ut eandem carnem quater decies affligamus.  
Quãuis de hoc quadageſime tẽpẽ eũ adhuc aliud:  
q̄ poſſit iſtelligi. A præſenti enĩ die: uſq; ad paſcha-  
lis ſolẽnitatis gaudia: ſex ebdomadæ ueniũt. Qua-  
rũ uidelicet dies quadragitaduõ fiunt. Ex quibus

dū sex dies dominici abstinētiæ subtrahuntur: nō  
 plus in abstinētia quam triginta & sex dies rema-  
 nēt. Dum uero per trecētos & sexagītagr̄ dies  
 annus dicitur. nos autē p̄ triginta & sex dies affli-  
 gimur: quasi anni nostri decimas deo damus: ut q̄  
 nobis metipsum per acceptum annum uiximus au-  
 ctori nostro nos in eius decimis: p̄ abstinētiā mor-  
 tificemus. Vnde fratres charissimi: sicut offerre ī  
 lege iubemini decimas rerū: ita offerre condite &  
 decimas dierū. Vnusq̄q̄ ī quātū uirtus suppetit:  
 carnē maceret eiusq̄ desideria affligat: concupis-  
 cētiās turpes interficiat. Vt iuxta pauli uocē. Ho-  
 stia uiua fiat. Hostia q̄ppe & immolatur & uiua  
 est: quando & ab hac uita homo non deficit: & ta-  
 men se a carnalibus desideriis occidit. Caro nos  
 leta traxit ad culpam: afflicta reducat ad ueniam.  
 Auctōr etenī mortis nostræ p̄ fructum ligni uecti-  
 ti: uitæ præcepta trāgressus est. Qui ergo a para-  
 dyssi gaudio per cibū cecidimus: ad hæc inquam  
 possumus: per abstinētiā resurgamus. Sed nemo  
 sibi eandē abstinētiā solam credat posse suffice-  
 re. Cum per prophetā dominus dicat. Nōne hoc  
 est maius ieiuniū quod elegi? Subiciēs. Frāge esu-  
 rienti panem tuum: & egenos uagosq̄ induc in do-  
 num tuam. cum uideris nudum: operi eum: & car-  
 nem tuam ne despexeris. Illud ergo ieiuniū deus  
 approbat: quod ad eius oclōs: manus helemosina

rū leuat. Quod cū proximi dilectiōi agitur: quod  
ex pietate conditur. Hoc ergo quo tibi subtrahis  
alteri largire: ut unde tua caro affligitur: ide ege-  
tis caro reparetur. Hic enim per prophetā domi-  
nus dicit. Cum ieiunaretis & plangeretis: nunquid  
ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis & bi-  
bistis: nunqd nō uobis comedistis: & uobis mepti-  
sis bibistis: Sibi enim comedit & bibit: qui alimen-  
ta corporis quæ sūt cōmunia dona cōditoris: sine  
indigentibus percipit. Et sibi quisq; ieiunat: si ea  
quæ sibi ad tempus subtrahit: non pauperibus tri-  
buit: sed uentri postmodum offerenda custodit.  
Hinc per Iohelem dicitur. Sanctificate ieiunium  
ieiunium quippe sanctificāre est: adiunctis bonis  
aliis: dignā deo abstinentiā ostendere. Cesset ira:  
sopiātur iurgia. In cassum enī caro atteritur: si a-  
prauis suis uoluptatibus animus non frenatur. Cū  
per prophetā dominus dicat. Ecce in die ieiunij  
uestri. inuenitur uolūtas uestra: & omnes debito-  
res uestros repetitis. Ecce ad lites & cōtentiones  
ieiunatis: & percutitis pugno impie. Neq; enim  
qui a debitore suo hoc quod dedit repetit: aliqd  
iniustum facit. sed dignum est: ut quisquis se in  
poenitentia macerat: etiam hoc quod sibi iuste cō-  
petit: interdicit. Sic nobis afflictis & poenitenti-  
bus a deo dimittitur: quod iniuste egimus: si pro  
amore illius & hoc quod iuste cōpetit: relaxamus



Segmentum ex euangelio matthæi. XV. capite.

**I**N illo tēpore: Egressus inde Iesus secessit  
in partes tyri & sidonis. Et ecce mulier cha  
nanea a finibus illis egressa: clamauit dicens ei.  
Miserere mei domine fili dauid: filia mea male a  
demonio uexatur. Qui non respōdit ei uerbū. Et  
accedētes discipuli eius: rogabāt eū dicentes. Di  
mitte eā: quia clamat post nos. Ipse autem respō  
dens: ait Non sum missus nisi ad oues quæ perie  
rūt domus israhel. At illa uenit & adorauit eū di  
cēs. Domine adiuua me. Qui respōdens ait. Nō  
est bonum sumere panem filiorum: & mittere ca  
nibus. At illa dixit. Etiam domine: nam & catelli  
ædunt de micis quæ cadūt de mensa dominorum  
suorum. Tunc respōdens Iesus: ait illi. O mulier  
magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et sanata  
est filia eius ex illa hora. Et reliqua:

**H**omelia uenerabilis bedæ presbyteri.  
V uidit uestra dilectio in præsentī sãcti  
euangeliī lectione. de domini nostri mi  
rabilibus: enunciantem atq; canentem euāgelistã  
Et egressus inde Iesus: secessit in partes tyri & si  
donis. omnis enī lex diuinitus inspirata: sēp utilis  
est ad docendū. ad audiendū. ad intelligendū. Er  
go si omnis lex diuinitus inspirata: a qua prophe  
ta & apostoli fuerunt per spūm sanctū loquūtī: in  
omnibus animæ nostræ utilis est: quantomagis q̄

ipse dominus noster p se ipsū nobis ostēdit. Ergo  
egressus inde Iesus abiit in partes tyri & sidonis :  
idest reliqt iudæos: & uenit ad gentes. Quos reli  
quit remanserūt in perditione : ad quos uenit: de  
pditione salui facti sūt. Egressa mulier clamauit  
dicēs. Misere mei domine fili dauid O magnū  
mysterium: dominus egressus est a iudæis: & muli  
er egressa a finibus suis. Ille reliqt iudæos: & illa  
mulier reliqt idolatriā & cōuersationem pessimā  
quod illi pdiderūt: ista inuenit. Quē illi ī lege ne  
gauerant: ista p fidē cōfessa est. Mulier hæc ma  
ter est gentiū: quæ ex fide christū cognouit. Pro  
filia itaq; sua: idest populo gentiū dominū depre  
catur. quia errando p idolatrias & peccata diuer  
sa: male a demonio uexabatur. Ergo hæc mulier  
pro filia idest pro ecclesia gentiū rogat. Qui non  
respondit ei uerbū. Nō qa nolebat dominus cura  
re eā: sed ut maiore fidē & humilitatē eius osten  
deret. Nā & discipuli cōmoti mīa rogauerunt do  
minum dicētes: Dimitte eā: qa clamat post nos.  
Quibus respōdit. Nō sū missus: nisi ad oues pdi  
tas. domus israhel. Hinc iā ad cumulū iudæorum:  
ut nulla sit eis in die iudicii excusatio dicētibus qa  
plus ad gentes: quam ad nos uoluit uenire. ecce iu  
dæis negātibus: mulier gētilis rogat sanitatem fi  
liae suæ. Sed dominus excusat: & iterum procidit:  
& adorat dicēs. Domine adiuua me. Cui iterū do

minus ait. Nō est bonū sumere panem filiorum:  
 & mittere canibus. quid ad hæc dicturi sūt iudæi:  
 Ecce illos filios dixit: & gentes canes appellauit.  
 Et iterū. Mulier cōsentiēs saluatori: ait. Etiā do  
 mine. Hoc est scio domine: quia populus gentiū  
 canes sunt idolis seruiendo: & contra deum iatran  
 do. Sed & catelli ædūt de micis: quæ cadūt de men  
 sa dominorū suorum. Idest uenisti ad iudæos: & te  
 ipsum eis exhibuisti: & non te excipere uoluerūt.  
 Certe uel quod illi repulerunt: hoc nobis petenti  
 bus dona. Cuius dominus noster iportunā fidē co  
 gnoscēs: ait. O mulier: magna est fides tua: fiat  
 tibi sicut uis. Accepit fides: & opera nō merētur.  
 Gentes p fidem; de canibus sūt filii effecti. Dicē  
 te domino per prophetā. Vocabo nō plebem me  
 am: plebem meā. & non dilectam meam: dilectā  
 meam. Erit enī in loco: ubi uocabūtur filii dei ui  
 ui. Ecōtrario non recipientes iudæi: de filiis canes  
 odibiles effecti sūt: Sicut ipse dominus i passione  
 sua loquitur per prophetam dicens. Circūdederunt  
 me canes multi: tauri pingues obsederūt me. Vn  
 de dilectissimi nobis cognouimus: de quo adqd p  
 uenimus: non aliud sapiamus: sed semper & sine  
 cessatione: dominum timeamus. Nam si peccaue  
 rimus: quia naturalibus armis non pepercit: ne  
 forte nec nobis parcat. Dicente domino. Ecce sa  
 nus effectus es: iam noli peccare: nequid deterius.

tibi aliquid cōtingat. Quia omnes nos manifesta-  
ri oportet ante tribunal christi : ut recipiat unus  
quisq; secūdu q̄ gessit: siue bonā siue etiā mala.

**S**egmentum ex euangelio Luca. xi. capite.

**T**erat eiiciens demonium: & illud erat mu-  
tum. Et cum eiecisset demoniū: loquutus  
est mutus: & āmiratae sūt turbæ. Quidam autem  
ex eis dixerūt. In beelzebub principe demoniorū  
eiicit demonia. Et alii tētantes: signum de coelo  
quærebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitatio-  
nes eorum dixit eis. Omne regnum in se ipsum di-  
uisum desolabitur: & domus supra domū cadet.  
Si autem & sathanas in se ipsum diuisus est: quo-  
modo stabit regnū eius: quia dicitis in beelzebub  
eiicere demonia: Si autem ego in beelzebub  
eiicio demonia: filii uestri in quo eiciunt: Ideo ip-  
si iudices uestri erūt. Porro si in digito dei eiicio  
demonia: profecto puenit ī uos regnū dei. Et re.

**H**omelia uenerabilis bedæ presbyteri.

**D**emoniacus iste apud Matthæū non so-  
lum mutus: sed & cæcus fuisse narratur  
Curatusq; dicitur a domino: ita ut loqueretur: &  
uideret. Tria generalia signa simul in uno homi-  
ne ppetrata sūt. Cæcus uidet. mutus loquitur. posse  
sus a demone liberatur. Quod & tūc qdē carnali-  
ter factū est: sed & quotidie completur ī conuersa



tione credēciū. ut expulso primū demone: fidei lu-  
 men aspiciant: deīde ad laudes deī tacentia prius  
 ora laxetur. Quidā autem ex eis dixerūt. In beel-  
 zebub p̄cipe demoniorum eiicit demonia. Non  
 hoc aliq de turba: sed pharisei calūniabātur & scri-  
 bā: sicut alii euāgeliste testātur. Turbis q̄ppe que  
 minus eruditæ uidebātur: domini sēp facta mirāti-  
 bus: illi cōtra uel negare hęc. uel quæ negare ne-  
 querant: sinistra interpretatione puertere labora-  
 bāt: quasi hęc nō diuinitatis: sed imundi spūs opa  
 fuisset: idest beelzebub q̄ deus erat acharon. Nā  
 bel q̄dem: ipse est baal. zebub āt: musca uocatur  
 Nec iuxta quadā mēdosa exēplaria .l. littera uel  
 d. in fine est nominis legēda: sed .b. Beelzebub er-  
 go baal muscarū: idest deus muscarū: siue habens  
 muscas interpretatur. Obsordes uidelicet imolati-  
 cii cruoris: ex cuius expurcissimo ritu uel nomine  
 p̄cipē demoniorū cognominabāt. Et alii tentan-  
 tes signū de coelo quærebāt ab eo: uel in morē he-  
 llæ ignē de sublimi uenire cupiebāt. uel ī similitu-  
 dinē samuelis t̄pe estiuo mugire tonitrua. corrus-  
 care fulgura. ibres ruere. quasi nō possit & illa ca-  
 lumniari & dicere ex occultis & uariis aeris passio-  
 nibus accidisse. At tu q̄ calumniaris ea quæ oculis  
 uides. manu tenes. utilitate sētis. qd facies de iis  
 quæ de coelo uenerint: Vtiq̄ respondebis: & ma-  
 gos in egypto multa signa fecisse de coelo. Ipse

autem ut uidit cogitationes eorū dixit eis. Omne regnū in seipſū diuisū defolabitur: & domus supra domum cadet. Nō ad dicta sed cogitata respōdit ut uel sic cōpellerentur credere potentiam eius: q̄ cordis uidebat occulta. Si autem omne regnum in seipſū diuisū defolatur: ergo patris & filii & spūs s̄cti: regnū non est diuisū: quod sine ulla contradictione nō aliquo unquā poterit labefactari impulsu. Si uero s̄ctæ & idiuiduæ trinitatis indiuidū: imo q̄a indiuiduum manet regnū. Desistant arriani minorem patre filium: minorem filio s̄ctum dicere spiritum. quia quorum unum est regnum: horum est & una maiestas. Si autem & sathanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius: quia dicitis ī beelzebub eicere me demonia? Hæc dicens: ex ipsorum cōfessione uolebat itelligi: quod in eū nō credendo: in regno diaboli esse dilexissent: quod utiq; aduersum se diuisum stare nō possit. Eligant ergo pharisei quod uoluerint: si sathanes sathanā nō potest eiicere: nihil contra dominum quod dicerent: inuenire potuerunt. Si autem potest: multo enim magis sibi prospiciant: & recedant de regno eius: quod aduersum se diuisum stare nō potest. In quo autem dominus eiciat demones: ne demoniorū principem existiment attendant quod sequitur. Si autem ego in beelzebub eicio demonia: filii uestri in quo eiciūt: Ideo

ipsi iudices uestri erunt. Dixit hoc utique discipu-  
 lis suis illius populi filiis: qui recte domini discipu-  
 li Iesu christi bene sibi cōscii fuerāt: nihil se mala-  
 rum artium a bono magistro didicisse: ut in princi-  
 pe demoniorū eicerent demones. Ideo inquit. Ipsi  
 iudices uestri erūt. Ipsi inquit. ipsi ignobilia & cō-  
 tentibilia huius mundi: in quibus non artificiosa ma-  
 lignitas: sed sancta simplicitas mae uirtutis appa-  
 ret. Ipsi testes mei: iudices uestri erunt. Aliter fi-  
 lios iudaeorum exorzistas gentis illius ex more si-  
 gnificat: qui ad inuocationem dei eiciebant demo-  
 nes: & coartat eos interrogatione prudenti: ut cō-  
 fiteantur spiritus sancti esse opus. Quod si expul-  
 sio inquit demonum in filiis uestris deo nō demoni-  
 bus deputatur: quare idem omne opus non eandē  
 habeat causā? Ergo ipsi iudices uestri erunt. non  
 potestate: sed comparatione: dum illi expulsionē  
 demonum deo assignant: uos beelzebub principi  
 demoniorū. Porro si in digito dei eicio demonia:  
 profecto peruenit in uos regnum dei.

Segmentum ex euangelio Ioannis sexto capite.

**I**N illo tempore: Abiit Iesus trans mare ga-  
 lilae quod est tyberiadis. Et sequebatur eū  
 multitudo magna: quia uidebant signa quae facie-  
 bat super iis qui infirmabantur. Subiit ergo in  
 montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis.

Erat aut̄ proximū pascha dies festus iudæorū. Cū  
subleuasset ergo oculos Iesus: & uidisset q̄a multi  
rudo maxima uenit ad eū: dicit ad philippū. Vnde  
ememus panes: ut māducent hi. Hoc aut̄ dicebat  
tentans eū. Ipse enim sciebat quid esset factururus.  
Respondit ei philippus. Ducentorū denariorū pa  
nes nō sufficiūt eis: ut unusquisq; modicum quid  
accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius andreas  
frater symōis petri. Est puer unus hic q̄ hēt q̄nq;  
panes ordeaceos: & duos pices: sed hæc qd sunt in  
ter tātos. Dicit ergo Iesus. Facite hoīes discūbe  
re. Erat aut̄ fenū multū in loco. Discubuerunt er  
go uiri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo  
Iesus panes: & cū gratias egisset: distribuit discū  
bentibus. Similiter & ex piscibus quātū uolebāt.  
Vt aut̄ impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite  
quæ superauerunt fragmenta ne pereāt. College  
runt ergo: & impleuerunt duodecim cophinos fra  
gmentorū ex quinq; panibus ordeaceis: & duobus  
piscibus quæ superfuerūt iis qui manducauerant:  
illi ergo homines cū uidissent quod Iesus fecerat:  
signū dicebant: quia hic est uere propheta qui ue  
turus est in mundum. Et reliqua.

**H**omelia uenerabilis bedæ.

**¶** Vñ signa & miracula domini ac saluatoris:  
recte cum legunt uel audiunt accipiunt: nō



tam in iis quid foris stupeāt attendant : quā quid  
 horum exemplo ipsi intus agere : quid in iis misti  
 cum perpendere debeāt inspiciant . Ecce etenim  
 appropinquante pascha dies festus iudæorum : se  
 quentem se multitudinem dominus uerbo salutif  
 pariter : & opere curationis erigebat . Nam sicut  
 euāgelista alius scribit : loquebatur illis de regno  
 dei : & eos qui curari idigebāt : sanabat . Eademq;  
 doctrina & sanatione completa : paucis de cibariis  
 habundantissime reficit . Et nos ergo fratres cha  
 rissimi : huius rei exēplo imitatores facti : appropin  
 quāte pascha die festo nostræ redemptionis adiū  
 cta fratrum caterua : dominū toto corde sequamur :  
 quo actionum itinere ingressus sit : dilligentissime  
 contemplemur : ut uēstigia eius sequi mereamur .  
 Qui enim dicit se in ipso manere : debet sicut ille  
 ambulauit : & ipse ambulare . Quidquid in nobis  
 impericiæ nocentis inesse deprehendimus : crebra  
 uerbi illius auditione tergamus . Quidquid uicii  
 tentamenti . morbi uidelicet spiritualis : nos inte  
 rius uastare senserimus : sollicite pietate illius mu  
 nere : postulemus emūdari . Sed & si ei unitos nos  
 celestis uitæ dulcedine cōspexerimus : eius grati  
 am flagitemus : ut necessaria nos cōpunctionis &  
 creaturarū uirtutū spūaliū donis faciare dignetur  
 quatinus tēpore sacro sãctæ resurrectionis illiq; in  
 terius exteriusq; decēter ornati : sacramēta salutis

puro corpore simul & corde: summamus. Verum  
quia breuiter ista prælubauimus: libet diligentius  
totâ sacræ serië lconis intueri: & qdqd in ea misti  
cum indagare ualemus: uestræ pandere charitati.  
Abiit Iesus trās mare galilæ: quod è tyberiadis  
Primo dicendum est iuxta hystoriam: qa mare ga  
lilæ quod multis diuersitate circūiacentiū regio  
num uocabulis distinguitur. Illis tantū in locis ty  
beriadis uocatur: ubi apud tyberiadem ciuitatem  
aquis ut aiūt calidis: salubrem habitationem præ  
monstrat. Siquidem interfluente iordane: duo de  
uiginti passuum milibus in longū: & quinç exten  
ditur ī altum. Misticæ autem mare turbida ac tu  
mentia sæculi huius uolumina significat: in quibꝫ  
prauis quilibet iniuste delectari: quasi profundis de  
diti pices: mentem ad supna gaudia nō itendunt.  
Vnde bene idē mare galilæ rota cognominatur:  
quia nimirum amor labentis sæculi: quasi in uerti  
ginem corda mittit: quæ ad perennis uitæ deside  
ria: ire non permittit. De quibus psalmista. In  
circuitu īquit impii ambulant. Sed abeuntem trās  
mare galilæ. Iesum: multitudo maxima seque  
batur: quæ doctrinæ sanationis & redemptionis: ab  
eo munera sūma percipit. Quia priusquam domi  
nus ī carne appareret: solā illū gens iudaica seque  
batur credendo. post quā uerō p incarnationis suæ  
dispensationē fluctus uitæ corruptibilis addiit: cal

auit transit: maxima mox eum multitudo creden-  
 tium sequuta est nationum: spiritualiter instrui.  
 sanari ac faciarī desiderās: & cum psalmista depre-  
 cās. Domine ad te cōfugi: doce me facere uolun-  
 tatem tuam. Miserere mihi domine: quoniam in-  
 firmus sum: sana me domine: quoniam conturba-  
 ta sunt ossa mea. Et iterum de percipiendis ab eo  
 uitæ perpetuæ alimoniis confisa: dominus inquit.  
 Pascit me: & nihil mihi deerit: in loco paschuae ibi  
 me collocauit. Quod autē subiens montem Iesus  
 ibi sedebat cum discipulis suis. sed ueniente ad eū  
 multitudo descendit: atque hāc in inferioribus  
 pauloātē curauerat. nequaquā frustra credamus:  
 sed ad significandum mystice: quia doctrinam &  
 carismata sua. dominus iuxta percipientiū capaci-  
 tatem distribuit. Infirmis qdem adhuc mētibus:  
 ac paruulis spiritu: simpliciora credens sacramen-  
 ta celsioribus autem qbusq; & pfectioribus sensu:  
 secreciora suæ maiestatis arcana referans: arciora  
 deuotæ conuersationis itinera suggerens: & alcio-  
 ra premiorum coelestium dona promittens.

Segmentum ex euāgelio Ioannis octauo cāpite.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus turbis iudae-  
 rum: & principibus sacerdotum. Quis ex  
 uobis arguet me de peccato: Si ueritatem dico:  
 quare uos nō creditis mihi: Qui est ex deo uerba

dei audit. Propterea uos nō auditis: q̄a ex deo nō  
estis. Respōderūt ergo iudæi: & dixerūt ei. Nōne  
bene dicimus nos: q̄a samaritanus es tu: & demo  
niū habes. Respōdit Iesus. Ego demonium nō ha  
beo: sed honorifico patrē meū: & uos ihonorastis  
me. Ego at̄ nō quæro gloriā meā: est q̄ quærat &  
iudicet. Amen amē dico uobis: siqs sermonē meū  
seruauerit: nō uidebit mortē in æternū. Dixerunt  
ergo iudæi. Nūc cognouimus: q̄a demoniū habes  
Abrahā mortuus est & propheta: & tu dicis Siqs  
sermonē meū seruauerit: nō gustabit mortē ī eter  
num: Nūqd tu maior es patrē n̄ro abrahā: q̄ mor  
tuus est: Et propheta: mortui sūt: quem teipsū fa  
cis: Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsū glia  
mea nihil est: est pater meus q̄ glorificat me quē  
uos dicitis: quia deus uester est: & nō cognouistis  
eum: ego autē noui eum: & si dixero q̄a non noui  
eum: ero similis uobis mēdax: sed scio eum: & ser  
monem eius seruo. Abraham pater uester exulta  
uit ut uideret diem meum: uidit & gauisus est. Di  
xerunt ergo iudæi ad eum. Quinquaginta annos  
nondū habes: & abraham uidisti: Dixi eis Iesus.  
Amen amē dico uobis: antequam abrahā fieret:  
ego sum. Tulerūt ergo lapides ut iacerent in eū.  
Iesus at̄ abscondit se: & exiuit de templo. Et reli.

**P** Homelia beati gregorii pepæ.  
Pensate fratres charissimi: māsfuetudinē dei



Relaxare peccata uenerat: & dicebat. Quis ex uobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse: quia ex uirtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est ualde quod subdidit. Qui ex deo est. uerba dei audit. Propterea uos non auditis: quia ex deo non estis. Si enim ipse uerba dei audit: quia ex deo est: & audire uerba eius non potest: quia ex illo non est: interroget se unusquisque si uerba dei in aure cordis percipit: & intelligit unde sit. Coelestem patriam desiderare ueritas iubet. carnis desideria ceteri. a mundi gloria declinare. aliena non appetere. propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque uestrum: & si haec uox dei in cordis eius aure conualuit: quia iam ex deo sit: agnoscit. Nam sunt nonnulli: qui praecipua dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli: qui haec quidem corporis aure percipiunt: sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli: qui libenter uerba dei suscipiunt: ita ut etiam in fletibus compungantur: sed post lacrimarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto uerba dei non audiunt: quia haec exercere in opere contemnant. Vitam ergo uestram fratres charissimi: a temet uestris oculis reuocate: & alta consideratione pertimescite. Hoc quod ex ore ueritatis sonat. Propterea uos non auditis: quia ex deo non estis. sed hoc quod de reprobis ueritas loquitur: ipsi hoc de semetipsis reprobis

bi suis operibus ostēdūt. Nam legitur. Responde-  
rūt ergo iudæi; & dixerūt ei. Nōne bene dicimus  
nos: quia samaritanus es tu: & demonium habes. Ac-  
cepta autē tāta cōtumelia: quod deus respōdeat: audi-  
amus. Ego demoniū nō habeo: sed honorifico pa-  
tri meū: & uos inhonorastis me. Quia enī samari-  
tanus: interpretatur custos. & ipse ueraciter custos  
est: de quo psalmista ait. Nisi custodierit ciuitatē  
in uanū uigilant qui custodiūt eā. Et cui per Isaiā  
dicitur. Custos qui de nocte: custos qui de nocte.  
Respondere uoluit dominus samaritanus nō sum:  
sed ego demoniū nō habeo. Duo quippe ei illata  
fuerāt. unum negauit: aliud tacendo cōsensit. Cu-  
stos namq; humani generis uenerat: & si samarita-  
nū se non esse diceret: esse se custodem negaret.  
Sed tacuit quid recognouit: & paciēter repulit quod  
dictū fallaciter audiuit: dicens. Ego demoniū nō  
habeo. In quibus uerbis quod aliud: nisi supbia nostra  
confunditur: Que si exagitata uel leuiter fuerit:  
attrationes iniurias redit: quam acceperat. Facit  
mala quæ potest: minatur & quæ non potest face-  
re. Ecce iniuriā suscipiens deus non irascitur: nō cō-  
tumeliosa uerba respondit. Qui si eisdē ista dice-  
tibus respōdere uoluisset: demoniū uos habetis:  
uerū profecto diceret quia nisi impleti demonio  
fuisset: tam puerse de deo loqui non possent. Sed  
accepta iniuria etiam quod uerū erat: dicere ueri

tas noluit: ne non dixisse veritatem: sed prouoca-  
 tus contumeliam reddidisse uideretur. Ex qua re  
 quid nobis innuitur: nisi ut eo tempore quo a pro-  
 ximis ex falsitate contumelias accipimus: eorum  
 etiam uera mala taceamus: ne mysterium iustæ  
 correptionis in arma uertamus furoris. Sed quæ  
 quis dei zelo utitur: a prauis hominibus dehone-  
 statur. in semetipso nobis dominus patientiæ præ-  
 buit exemplū: quæ ait. Sed honorifico patrem meū  
 & uos inhonorastis me. Sed quod nobis ad ista faci-  
 endū sit: adhuc exemplo nos ammonet: cum subiun-  
 git. Ego autem nō quæro gloriam meam: est qui  
 querat & iudicet. Scimus certe quod scriptū est.  
 Quia pater omne iudicium dedit filio. Et tamen  
 ecce idē filius iniurias accipiēs: gloriā suā non quæ-  
 rit: illatas contumelias patris iudicio reseruat:  
 ut nobis profecto insinuet quantum nos esse paci-  
 entes debemus: dū adhuc se ulcisci non uult: & ip-  
 se qui iudicat Cū uero malorū peruersitas crescit:  
 non solum frangi prædicatio nō debet: sed etiam  
 augeri. Quod suo dominus exemplo nos ammonet  
 qui postquā habere demonium dictus est: prædica-  
 tionis suæ beneficia largius impendit: dicens. Amen  
 dico uobis: si quis sermonem meum seruaue-  
 rit: mortem non gustabit in æternum. Sed sicut  
 bonis necesse est: ut meliores etiam per contume-  
 lias existant: ita semper reprobis de beneficio pe-

fores fiūt. Nā accepta prædicatione: iterū dicūt.  
Nūc cognouimus: quia demoniū habes. Qui enim  
æternæ morti inhererāt: & eandem mortem cui  
inhererant nō uidebant: dum solā mortem carnis af-  
picerent; in ueritatis sermone caligabāt; dicentes.  
Abrahā mortuus est & prophetæ: & tu dicis. Siquis  
sermonem meū seruauerit: mortem non gustabit  
in æternum. Vnde & ipsi ueritati eundem abrahā  
& prophetas: quasi uenerantes præferūt. Sed aper-  
ta nobis ratione ostenditur. quia qui deum nesci-  
unt: dei quoq; famulos falso uenerātur. Et notan-  
dum: quod uidit eos dominus aperta impugnatione  
resistere; & tamen eis se iterata non desinit uoce  
prædicare: dicens. Abrahā pater uester exultauit  
ut uideret diem meum: uidit & gauisus est. Tunc  
quippe diem domini abraham uidit: cum in figura  
sumæ trinitatis tres ægelos hospicio recepit. Qui  
bis profecto susceptis: sic tribus quasi uni loquu-  
tus est. Quia & si in personis numerus trinitatis est:  
in natura unitas diuinitatis. Sed carnales mentes  
audientium oculos a carne non subleuant: dum in  
eo solam carnis ætatem pensant: dicentes. Quin-  
quaginta annos nondum habes; & abraham uidi-  
sti: Quos benigno redemptor noster a carnis suæ  
intuitu submonet; & ad diuinitatis contemplatio-  
nem trahit: dicens. Amen amen dico uobis: ante  
quam abraham fieret; ego sum. Ante enim præ-



teriti tēporis est: sum præsentis. Et quia præteri-  
 tum & futurū temp⁹ diuinitas nō habet: sed semp  
 esse habet. nō ait ante abraham ego fuy: sed ante  
 abraham ego sum. Vnde & ad moysen dicitur. E-  
 go sum qui sum: hæc dices filiis israel. Qui est: mi-  
 sit me ad uos. Ante ergo uel post abraham habuit  
 qui & accedere potuit per exhibitionem præsentia  
 & recedere per cursum uitæ. Veritas uero semper  
 esse habet: quia ei quicquam nec priorī tempore ī-  
 cipitur nec subsequenti terminatur. Sed sustinere  
 ista æternitatis uerba mentes infidelium nō ualē-  
 res: ad lapides currunt. & quem intelligere nō po-  
 terant: obruere quærebāt. Quid autē cōtra furorē  
 lapidantium domin⁹ fecit ostenditur: cū protinus  
 subfertur. iesus autē abscondit se & exiuit de tēplo  
 Mirū ualde est fratres: cū persecutores suos do-  
 minus abscondēdo: declinauerit. Qui si diuinitatis  
 suæ potentiam exercere uoluisset: tacito nutu mē-  
 tis in suis eos ictibus ligaret: aut in poena subita  
 mortis obrueret Sed q̄ pati uenerat exercere iudi-  
 tium. nolebat. Certe sub ipso passionis tempore: &  
 quantū poterat ostendit. & tamē hoc ad quod ue-  
 nerat: pertulit. Nā cū p̄sequutoribus suis quaren-  
 tibus se diceret. ego sū: sola hac uoce eorū supbiā  
 pertulit: & omēs ī terra strauit. Qui ergo & ī loco  
 hoc potuit man⁹ lapidatiū nō se abscondēdo eua-  
 dere: cur abscondit se: nisi q̄ homo inter homines

factus redemptor noster: alia nobis uerbo loquitur:  
alia exēplo: Quid autē nobis hoc exēplo loquitur: ni  
si ut etiā cū resistere possumus: iram superbientiū  
humiliter declinemus: Vnde & per paulū dicitur  
Date locum iræ. Quanta humilitate irā proximi  
fugere debeat: perpendat homo si furores irascon  
tium abscondēs se declinauit deus. Nemo ergo se  
cōtra acceptas cōtumelias erigat. nemo conuiciis  
cōuicia redat. Imitatione etenī dei gloriosius est  
iniuriā tacendo fugere: quam respōdendo supere.  
Sed cōtra hoc superbia dicit ī corde. Turpe est ut  
accepta īiuria taceas. Quisquis cōspicit quia cōtu  
meliā accipis & taces: non putat quia paciētiā exi  
bes: sed crimina cognoscis. Sed unde uox ista ī cor  
de nostro cōtra paciētiā nascitur: nisi quia minus co  
gitationē figimus: & dū ī terra gloriā quærimus:  
placere ei q̄ nos de coelo cōspicit: nō curamus. Ac  
cepta ergo cōtumelia meditemur ī ope uocē dei.  
Ego nō quæro glīam meā: est q̄ quærat & iudicet

Segmentum ex euangelio matthei. xxi. capite.

**I**N illo tempore cum appropinquasset domi  
nus Iesus hierosolymis: & uenisset bethpha  
ge ad montem oliueti. tunc misit duos discipulos  
dicens eis. Ite in castellum quod contra uos est: &  
statim inuenietis asinam alligatā & pullum cū ea:  
soluite & adducite mihi. Et si quis aliqd uobis dixe

rit: dicite quia dominus iis opus habet: & cōfesti dimittet uos. Hoc autem factum est: ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filia syon: ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam & pullum filium subiugalis: Euntes autem discipuli fecerūt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos uestimenta sua: & eum desuper sedere fecerūt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alii autem cedebāt ramos de arboribus: & sternebant in uia. Turbæ autē quæ præcedebant & quæ sequebantur: clamabāt dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui uenit in nomine domini: osanna in altissimis. Et cum intrasset hierosolyma: commota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic: Populi autem dicebāt. Hic est Iesus propheta a nazareth galilæe. Et reliqua.

Homelia uenerabilis bedæ presbyteri.

**Q**uædiator dei & hominum homo christus Iesus: qui pro humani generis salute passus de coelo descenderat ad terras: appropinquante ora passionis: ut etiam per hoc claresceret: quod non inuictus: sed sponte pateretur. In asina uenire & a turbis rex appellari ac laudari uoluit: ut etiam per hoc eruditus quisque agnosceret ipsum esse christum: quem sic illo uenturum prophetia olim promissa: signauerat. Ante quique dies paschæ ueni

re uoluit: sicut ex Ioannis euāgelio didicimus. Vt  
etiam per hoc ostenderet agnum immaculatum se  
esse: qui peccatum tolleret mūdi. Agnus quippe  
paschalis cuius immolatione populus israheliticus  
ab egyptia est seruitute liberatus: ante quinque di-  
es paschæ id est quartadécima luna ad uesperū  
suis est immolari: significans eum qui nos suo san-  
guine redempturus. ante quīque dies paschæ: id est  
hodierno die magno præcedentium sequentiumque  
populorum gaudio. ac laudatione deductus: uenit  
in templum dei: & erat quotidie docēs in eo. Quin-  
ta demū peracta die: ubi ueteris paschæ sacrame-  
ta hactenus obseruata cōsumauit: ac noui deinceps  
obseruādi discipulis sacramenta cōtradidit: egres-  
sus in mōtem oliueti: tēntus est a iudæis: & mane  
crucifixus. Ipsa nos die a demoniaca dominatione  
redemit: quæ antiquus ille hebreorum populus per  
immolationem agni: iugum egyptiæ seruitutis ab-  
iecit. Ergo dominus ad instar agni paschalis ante  
quinque dies quam pati inciperet: locum paschalis  
adiit: ut se insinuaret illū esse: de quo prædixit ilay  
as. Sicut ovis ad occisionē ducetur: & quasi agnus  
coram tondente se obmutescet: & non aperuit os  
suum. Et paulo superius. Ipse enim uulneratus est  
propter iniquitates nostras: & liuore ei⁹ sanati su-  
mus. Sed inuidorum corda principium in cunctis  
quæ prouide gessit eum persequi: quam in eum cre-



dere: maluerunt. Et multum miseri auctorem uitæ  
 morti potius dare: quam per eum ipsi uiuifitari stu  
 debant. Verum nos perfidorū cæcitate declinata.  
 eorum magis exenipla qui fideliter dominum lau  
 dauerunt sequamur: & iter eius mysticum: mystica  
 ut decet interpretatione scrutemur. Asina & pullus  
 quibus sedens hierosolymam uenit: utriusque popu  
 li iudæi uidelicet & gentilis simplicia corda desig  
 nat: quibus præsidens ipse queque a noxia liberta  
 te suo frenans imperio ad iusionem supernæ pacis  
 inducit. Hierosolyma etenim: uisio pacis interpre  
 tatur. Et bene cum ad montem oliueti uenisset do  
 minus: discipulos qui hæc animalia adducerent: mi  
 sit. quia non nostris ad eum meritis: sed sola ipsius  
 gratia largiente peruenimus. Ioanne attestâte qui  
 ait. Et in hoc est charitas non quasi nos dilexerit  
 mus deum: sed quod ipse prior dilexit nos. Mons  
 namque oliueti celsitudinem dominicæ dilectionis  
 qua nos misericorditer illustrare ac saluare digna  
 tus est: in sinuat. Nô solum quia olei natura lucis  
 ministra est: & laborum dolorumque solamen: ue  
 rimetiam quia cunctis quibus miscetur: solet excel  
 lere liquoribus. Et apostolus de charitate loquutu  
 rus: adhuc inquit excellentiorem uiam uobis demō  
 stro. Ad montem igitur oliueti ueniens dominus:  
 asinos sibi quibus hierosolymā petat: præcepit exi

beri. figurate significans: hoc q̄ alibi dicit. Quia  
si deus dilexit mundum ut filiū suum unigenitum  
daret: ut omnes qui credunt in ipso non pereant:  
sed habeāt uitam æternam. Duos exhibenda sibi  
iumenta misit discipulos: ut significarent ī utrūq̄  
populū circumcisionis: scilicet & præputii: prædi  
catores esse destinandos. Vel certe duos misit ut  
eosdem prædicatores doctrina simul & operatione  
perfectos esse moneret: ne uel erroris uerba idoc  
tæ ueritati miscerēt. uel ea quæ rectius docuiffet:  
peruerse uiuendo negarent. Inuenietis inquit assi  
nam alligatā: & pullum cum ea. Soluite & adduci  
te mihi. Pullum quoque alligatum fuisse. alii euā  
gelistæ testantur. Vterque populus funibꝫ pecca  
torum erat circumplexus: & solutione diuina opus  
habebat. Ille legem quam acceperat male utēdo:  
ille nunquam accipiēdo: peccauerunt. Vnde bene  
dicit apostolus. Quia nō est distinctio: omnes enī  
peccauerūt: & egent gloria dei: iustificati gratis p̄  
gratiam ipsius. Et pulcre alii tres euāgelistæ qui  
gentibus scripserunt: pullum solummodo alligatū  
memorāt. Matthæus autem euāgelista qui ex he  
breis & hebreo sermone scripsit euāgelium: etiam  
asinæ facit mentionem: prouida utique dispensatio  
ne: ut quorum salutem scribendo quæsierunt: hos  
saluādos a domino mystice docerēt esse figuratos

Et si quis uobis inquit aliquid dixerit dicite ga do  
 mino iis opus habet: & cōfestim dimittet eos. Et  
 doctoribus precipitur: ut siqd eis obstiterit: aduersi  
 tatis si quis prohibuerit peccatores a laqueis diabo  
 li solui: & per confessionem fidei domino adduci:  
 non tamen prædicando desistant: sed constanter in  
 sinuent: quia dominus ad ædificandum ecclesiã ta  
 libus opus habet. Quamuis enim seus sit psequu  
 tor & immanis: nõ potest eorum obsistere saluati  
 oni: quos nouit dominus quia sũt eius: quos ad uĩ  
 tam præordinauit æternã. Adhibetur autem hu  
 ic factõ prophetæ testimonium: ut appareat domi  
 num quidem omnia quæ de ipso erant scripta com  
 plesse. sed inuidia cæcatos scribas & phariseos ea  
 quæ ipsi legebant intelligere nequiuisse. Discite fi  
 lie syon: ecce rex tuus uenit tibi mansuetus: sedes  
 super asinam & pullum filiũ subiugalis. Filia syõ:  
 ecclesie est fidelium: pertinens ad supernam hieru  
 salem quæ est mater omnium nostrum. Cuius por  
 tio tunc non minima erat in populo israhel: regem  
 habens mansuetum. quia non terræna in mitibus:  
 sed mãsuetis coelestia regna dare cõstueuit: dicēs.  
 Discite a me: quia mitis sum & humilis corde. & in  
 uenietis requiẽ animabus uestris. De quibus psal  
 mista. Mãsueti inquit possidebũt terram: & dele  
 tabuntur in multitudine pacis. Rex uero mãsuetõ

māfuetis idest humilibus corde terram pacis tribu-  
it: quos in terra belli & tribulationum quondam  
rex ipius idest diabolus: superbia: uulnere strauit

Segmentum ex euangelio Marci. xvi. capite.

**I**N illo tempore: Maria magdalena & mari-  
a Iacobi & salome emerunt aromata: ut ue-  
nientes ungerent Iesum. Et ualde mane una sab-  
batorum ueniunt ad monumentum: orto iam sole  
Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapi-  
dem ab ostio monumenti: Et respicientes uiderūt  
reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde.  
Et introeuntes in monumentum: uiderūt iuuenē  
sedentē in dextris coopertum stola candida: & ob-  
stupuerūt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ie-  
sum quem quæritis nazarenum crucifixum surre-  
xit: non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eū. Sed  
ite & dicite discipulis eius & petro: quia præcedet  
uos ī galileam. Ibi eū uidebitis: sicut dixit uobis.  
Et reliqua.

**H**omelia beati gregorii papæ.

**Q**Uæritis uobis lectionibus fratres charissimi p-  
dictatum loqui cōsueui: sed quia lacescente  
stomacho quæ dictaueram legere ipse non possū:  
quosdam uestrum minus libenter audientes: itue



or. Vnde nunc a me meipso exigere cōtra morem  
 uolo: ut intra sacra missarum solemniam lectionem  
 sancti euangelii non dictando sed colloquēdo edis  
 seram. Sicque excipiat ut loquimur: quia nōnul  
 lorum loquutionis uox corda torpentia: plusquam  
 sermo lectionis excitat: & quasi quādam manu so  
 licitudinis ut euigilet: pulsat. Et quidem ad hoc o  
 pus me sufficere posse non uideo: sed tamen uires  
 quas imperitia denegat: charitas amministrat. Sci  
 onamque qui dixit. Aperi os tuum: & ego adim  
 plebo illud. Bonum ergo opus nobis in uoluntate  
 sit: nam ex diuino adiutorio erit in perfectione.  
 Dat loquendi ausum etiam resurrectionis domini  
 cæ tanta solennitas: quia & idignum ualde est: ut  
 eo die laudes debitas taceat lingua carnis: quo uir  
 delicet die caro resurrexit auctoris. Audistis fra  
 tres charissimi: quod sãctæ mulieres quæ dominū  
 fuerant sequutæ: cum aromatibus ad monumentū  
 uenerunt: & ei quem uiuentem dilexerunt: etiam  
 mortuo studio humanitatis: obsequuntur. Sed res  
 gesta: aliquid in saneta ecclesia signat gerendum.  
 sic quippe necesse est: ut audiamus quæ facta sūt.  
 quatinus cogitemus etiam: quæ nobis sint ex eorū  
 imitatione faciēda. Et nos ergo ī eū q̄ est mortu  
 us credētes: si odore uirtutū relecti cum opinione  
 bonorum operū dominū quærimus: ad monumen

tū profecto illius cum aromatibus uenimus. Illæ  
autem mulieres angelos uident: quæ cū aromati-  
bus uenerunt: quia uidelicet ille mentes supnos  
ciues aspiciunt: quæ cum uirtutum odoribꝫ ad de-  
um per sancta desideria proficiscuntur. Notandū  
uero nobis est: quid nā sit: quod in dextris sedere  
angelus cernitur. Quid namque per sinistrā: nisi  
uita præses. Quid uero per dexteram: nisi perpe-  
tua uita signatur. Vnde scriptū est. Leua eius sub  
capite meo: & dextera illiꝫ āplexabitur me. Quia  
igitur redemptor noster iam præsetit uitæ corrup-  
tionem transierat: recte angelus qui nunciare per  
hennem eius uitam uenerat: in dextera sedebat.  
Qui stola cādita inductꝫ apparuit: quia festiuita-  
tis nostræ gaudia nūciauit. Candor etenim uestitꝫ  
splēdorem nostræ denunciatur solennitatis. Nostræ  
dicamꝫ: an suæ: Sed ut fateamur uerius: & suæ di-  
camꝫ & nostræ. Illa quippe redemptoris nostri re-  
surrectio: & nostra festiuitas fuit: quia nos ad mor-  
talitatem reduxit: & angelorum festiuitas extitit:  
quia nos reuocādo ad coelestia eorum numerum  
īpleuit. In sua ergo ac nostra festiuitate āgelus al-  
bicus uestitus apparuit: quia dū nos presurrectione do-  
minicā ad supna reducimur: celestis patriæ dāna  
reparātur. Sed quod ueniētes foemias āgelꝫ affatur  
audiamꝫ. Nolite expauescere. Ac si aperte dicat

Paueant illi: qui non amant aduentum supernorum  
 ciuium. Pertimescant: qui a carnalibus desideriis  
 pressi: ad eorum societatem pertigere se posse de  
 sperant. Vos autem cur pertimescitis: qui uestros  
 cōciues uidetis: Vnde & matthæus angelum appa  
 ruisse describens: ait. Erat autem aspectus eius si  
 cut fulgur: & uestimenta eius cādida sicut nix. In  
 fulgure etenim terror timoris est: ī niue autē blā  
 dimentum candoris. Quia uero omnipotens deus  
 & terribilis est peccatoribꝫ: & blandus iustis. recte  
 testis resurrectionis eius angelus: & ī fulgure uul  
 tus: & in candore habitus demonstratur: ut ip̄a su  
 a specie & terreret reprobos: & mulceret pios Vn  
 de recte quoque populum per deserta gradiētem  
 & columna ignis in nocte: & columna nubis ī die  
 præibat. In igne etenim terror est: in nube autem  
 uisionis lene blandimētum. Dies uero uita iusti:  
 & nox accipitur uita peccatoris. Vnde & conuersis  
 peccatoribus: Paulus dicit. Fuistis aliquādo tene  
 bræ: nunc autem lux in domino. In die ergo per  
 nubem columna demonstrata est: & in nocte per  
 ignem: quia omnipotēs deus & blandus iustis: &  
 terribilis apparebit iniustis. Istos ī iudicio ueniēs  
 per lenitatis mansuetudinē mulcet: illos uero per  
 iustitiæ distractionem terret. Sed iam quid ange  
 lus subiūgat: audiamus. Iesum quæritis Nazare

num. Iesus latino eloquio: salutaris id est saluator  
interpretatur. At uero multi hoc nomine tunc Iesu  
dici poterant: non tamen substancialiter: sed nuncu-  
patie. Ideo & locus subiungitur. ut de quo Iesu di-  
ctum sit: manifestetur Nazarenum. Et causam  
protinus subdidit. Crucifixum. Atque addidit. Sur-  
rexit: non est hic. Non est hic dicitur per presentiam  
carnis: qui tamen nusquam deerat per presentiam  
deitatis. Sed ite dicite discipulis eius & petro  
quia praeceperit uos in galileam. Quarendum nobis  
est: cur nominatis discipulis: petrus designatur ex  
nomine. Sed si hunc angelus nominatim non expri-  
meret: qui magistrum negauerat: uenire iter dis-  
cipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine: ne  
desperaret ex negatione. Qua in re considerandum  
nobis est: cur omnipotens deus eum quem cunctae  
ecclesiae praeferebatur disposuerat: ancillae uocem  
pertimescere & seipsum negare: permisit. Quod ni-  
mirum magna actum pietatis desperatione cogno-  
scimus: ut is qui futurus erat pastor ecclesiae: in sua  
culpa diceret qualiter aliis misereri debuisset. Pri-  
us ita que eum ostendit sibi: & tunc praeposuit carere  
ris: ut ex sua infirmitate cognosceret quam miseri-  
corditer aliena infirma toleraret. Bene autem de  
redemptore nostro dicitur. Praecedet uos in galile-  
am: ibi eum uidebitis. sicut dixi uobis. Galilea namque



transmigratio facta interpretatur. Iam quippe re  
 demptor noster a passione: ad resurrectionem. a  
 morte: ad uitam. a poena: ad gloriam. a corruptio  
 ne: ad incorreptionem trāsmigrauerat. Et primū  
 post resurrectionē in galilea a discipulis uidetur:  
 quia resurrectionis eius gloriā post leti uidebimus:  
 si modo a uitiis ad uirtutum celsitudinem transmi  
 gremus. Qui ergo in sepulcro nūciatur: in trāsmi  
 gratione ostenditur. quia is qui in mortificatione  
 carnis agnoscitur: in transmigracione mentis uide  
 tur.

Segmentum ex euangelio Ioannis. xx. capite.

**I**n illo tempore: Cum sero esset die illo una  
 sabbatorum & fores essent clausæ ubi erant  
 discipuli cōgregati propter metum iudeorum: ue  
 nit Iesus: & stetit in medio: & dixit eis. Pax uobis  
 Et cum hæc dixisset: ostendit eis manus & latus.  
 Gausi sunt ergo discipuli uiso dño. Dixit ergo  
 eis iterum. Pax uobis. Sicut misit me pater: & ego  
 mitto uos. Hæc cū dixisset insufflauit & dixit eis.  
 Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis  
 peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis: re  
 tenta erunt. Et reliqua.

**H**omelia beati gregorii papæ.

**P**rima lectionis huius euangelicæ que  
 stio animum pulsat: quomodo post

post resurrectionem corpus dominicum uerum fuit  
quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit.  
Sed sciendum nobis est: quod diuina operatio si ra-  
tione comprehenditur: non est ammirabilis. Nec  
fides habet meritum: cui humana ratio præbet ex-  
perimentum Sed hæc ipsa redemptoris opera quæ  
ex semetipsis comprehendere nequaquam possunt: ex  
alia eius operatione pensanda sunt: ut rebus mira-  
bilibus fidem præbeant facta mirabiliora. Illud enim  
corpus domini: intrauit ad discipulos ianuis clausis:  
quod uidelicet ad humanos oculos per natiuitatem  
suam: clauso exit utero uirginis. Quid ergo mirum:  
si clausis ianuis post resurrectionem suam in æter-  
num iam uicturus intrauit: qui moriturus ueniens  
non aperto utero uirginis exiuit: Sed quia ad illud  
corpus quod uideri poterat: fides intuitum dubi-  
tabat: ostendit eis protinus manus & latus. Palpa-  
dam carnem præbuit: quam clausis ianuis introdu-  
xit. Qua in re duo mira & iuxta humanam rationem  
sibi ualde contraria ostendit: dum post resurrectio-  
nem corpus suum & incorruptibile. & tamen palpa-  
bile demonstrauit. Nam & corrumpi necesse est:  
quod palpatur. & palpari non potest: quod non cor-  
rumpitur. Sed miro modo atque inextimabili re-  
tempore noster: & incorruptibile post resurrectio-  
nem: & palpabile corpus exhibuit: ut monstrando  
incorruptibile inuitaret ad præmium: præbendo

palpabile: formaret ad fidem. Et incorruptibile  
 se ergo & palpabile demonstravit: ut profecto esse  
 post resurrectionem ostenderet corpus suū: & eius  
 de naturæ: & alterius gloriæ. Dicit eis. Pax uobis  
 Sicut misit me pater: & ego mitto uos. Pater filiū  
 misit: qui hunc pro redemptione generis humani  
 incarnari constituit. Quem uidelicet in mundū ue  
 nire uoluit: ad passionem misit. Electos uero apo  
 stolos dominus non ad mundi gaudia: sed sicut ip  
 se missus est: ad passionē in mundū mittit. Quia  
 ergo & filius amatur a patre: & tamē ad passionē  
 mittitur: ita & discipuli a domino amantur: qui ta  
 men ad passionem mittuntur in mundum. Itaque  
 dicitur. sicut misit me pater: & ego mitto uos: id  
 est ea uos charitate diligo: cū inter scādala perse  
 quutorū mitto: qua me charitate pater diligit:  
 quem uenire ad tolerandas passiones fecit. Quā  
 uis mitti etiam iuxta naturam diuinitatis: possit in  
 telligi. eo enī modo ipse a patre filius mitti dicitur  
 quo a patre generatur. Nam spiritum sanctū qui  
 coequalis patri & filio non tamen incarnatus est.  
 idem se filius mittere perhibet: dicens. Cum uene  
 rit paraclit⁹: quē ego mitto uobis a patre. Si enī  
 mitti solummodo incarnari deberet intelligi: san  
 ctus proculdubio spirit⁹ nullo modo diceretur mit  
 ti: q̄ nequaquā in carnat⁹ ē: sed ei⁹ missio ipsa pro  
 cessio ē: qua de patre procedit & filio. Sicut itaq̄

Spiritus mitti dicitur: quia procedit: ita & filius nō  
incongrue mitti dicitur: quia generatur. Hoc cū  
dixisset: i<sup>n</sup>flauit & dicit eis. Accipite spiritum s<sup>a</sup>  
ctum. Quarendū nobis est: quid est quod spiritu  
sanctum dominus noster & semel dedit i<sup>n</sup> terra cō  
sistens: & semel i<sup>n</sup> coelo p<sup>r</sup>æsides. Neque enī alio  
in loco datus esse spiritu sanctus: a patre mōstra  
tur: nisi nunc cum per insufflationē percipitur: &  
postmodum cum de coelo ueniens in linguis uari  
is demonstratur. Cur ergo pri<sup>9</sup> in terra discipulū  
datur postmodum de coelo mittitur: nisi quod du  
o sūt p<sup>r</sup>æcepta charitatis. dilectio uidelicet dei: &  
dilectio proximi. In terra datur spiritus: ut diliga  
tur proxim<sup>9</sup>. datur de coelo spiritus: ut diligatur  
de<sup>9</sup>. Sicut enī una est charitas & duo p<sup>r</sup>æcepta:  
ita unus spiritus & duo data. Prius a domino cōsi  
stente in terra: postmodum de coelo. quia i<sup>n</sup> proxi  
mi amore dicitur: qualiter pueniri debeat ad amo  
rem dei. Vnde idem Ioānes dicit. Qui nō diligit  
fratrem suum quem uidet: deum quem nō uidit:  
quomodo potest diligere? Et atē quidem discipu  
lorum mentib<sup>9</sup> idem spiritus inerat ad fidem: sed  
tamen manifesta datione: non nisi post resurrectio  
nem datus est. Vnde & scriptum est. Non dū erat  
spiritus datus: quia Iesus nō dum fuerat clarifica  
tus. Vnde etiā per moysen dicitur. Surrexit mel  
de petra: oleumque de firma petra. Neque enim



tale quocumque iuxta hystoriam legitur: si tota testa  
 menti ueteris series recedatur. Nusquam de petra  
 mel: nusquam oleum ille populus suxit. sed quia iuxta pau-  
 li uocem petra erat christus. Mel de petra suxerunt:  
 quia eiusdem redemptoris nostri facta & miracula  
 uiderunt. Oleum uero de firma petra suxerunt: quia  
 effusione sancti spiritus: post resurrectionem eius  
 iungi meruerunt. Quasi ergo in firma petra mel  
 dedit: quando adhuc mortalis dominus: miraculo-  
 rum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma pe-  
 tra oleum fudit: quia post resurrectionem suam fa-  
 ctus iam impassibilis: per afflationem spiritus: donum  
 sancte unctionis emanauit. De hoc oleo per prophe-  
 tam dicitur. Coputrescet iugum a facie olei. Sub  
 iugo quippe tenebamur demoniacae dominationis:  
 sed uncti sumus oleo spiritus sancti. Et quia nos gra-  
 tia libertatis unxit: demoniacae dominationis iugum  
 patriuit. Paulo attestante qui ait. Vbi spiritus do-  
 mini: ibi libertas. Sciendum uero est: quid hi qui  
 prius spiritum sanctum habuerunt: ut & ipsi inno-  
 center uiuerent: & in praedicatione quibusdam pro-  
 dessem. Idcirco hunc post resurrectionem domini  
 patenter acceperunt: ut prodesse non paucis: sed  
 pluribus possent. Vnde & in hac ipsa datione spiri-  
 tus dicitur. Quorum remisistis peccata: remittuntur  
 eis. Et quorum retinueritis: retenta sunt. Li-  
 bet itueri: illi discipuli ad tanta onera humilitatis

uocati: ad quantum culmen gloriæ sunt perducti.  
Ecce non solum de semetipsis securi fiunt: sed etiam  
am alienæ obligationis potestatem: relaxationis  
accipiunt. Principatum superni iudicis <sup>altri con</sup> forciuntur:  
ut nice dei quibusdam peccata retineant: quibus  
dam relaxent. Sic eos a deo <sup>decepti</sup> decebat <sup>uolunt</sup> erigi: qui tã  
tum pro deo consenserant humiliari. Ecce qui de  
strictũ dei iudicium metuunt: animarum iudices  
fiunt. Et alios damnant uel liberant: qui semetip  
sos damnari metuebant. Horum profecto nũc in  
ecclesia: episcopi locum tenent. Soluendi ac ligan  
di potestatem suscipiunt: qui gradum regiminis  
forciuntur. <sup>altri con</sup> Grandis honor: sed graue pondus isti  
us est oneris. Durum quippe est: ut qui nescit te  
neri moderamine uitæ suæ: iudex uitæ fiat alienæ  
Et plerumque contingit: ut hic iudicii locum te  
neat: cui ad locũ uita minime concordat. Ac sæpe  
agitur: ut uel damnèt immeritos: uel alios ipse li  
gatus soluat. Sæpe in soluendis ac ligandis subdi  
tis suæ uoluntatis motus: nõ autem causarum me  
rita sequitur. Vnde fit: ut ipsa ligandi & soluen  
di potestate se priuet: qui hanc per suis uoluptati  
bus: & non pro subditorum moribus: exercet. Sæ  
pe fit: ut erga quemlibet proximum odio uel gra  
tia: moneatur pastor. Iudicare aut digne de subdi  
tis nequeunt: qui in soluendis ac ligandis subditis:  
sua uel odio: uel gratia: sequuntur. Vnde recte per





citur reuiuifce: fed ueni foras. Omnis q̄ppe peccator dum culpam fuam intra conscientiam abscondit: itrorfus latet: q̄a in fuis penetrabilibus occultatur. Sed mortuus uenit foras: cum peccator nequicias fuas fponte confitetur. Lazaro ergo dicitur: ueni foras. Ac fi aperte cuilibet mortuo ī culpa diceretur. Cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? Foras iam per confessionem egredere: quia apud te interius per negationem latef. Veniat itaq̄ mortuus foras: idēft culpam fuā confiteatur peccator. Venientem uero foras foluant discipuli: ut pastores ecclefiæ ei poenam debeant ammonere quā meruit: quia non erubuit confiteri quod fecit. Hæc difolutionis ordine breuiter dixerim: ut sub magno moderamie pastores ecclefiæ uel foluere ftudeant: uel ligare. Sed utrum iufte an iniufte obliget pastor: pastoris tamen fententia a grege timenda eft: ne is qui fubeft & cum iniufte forfitā ligatur: ipfam obligationis fuæ fententiā: ex alia culpa mereatur. Pastor ergo uel abfoluere in difcrete timeat: uel ligare. Is autē qui fub manu pastoris eft: ligari timeat: iufte uel iniufte nec pastoris fui iudicium temere reprehendat: ne & fi iniufte ligatus eft: ex ipfa tumidæ reprehēfionis fuperbia: culpa quæ non erat: fiat.

**S**egmentum ex euangelio Ioannis. x. capite



**I**n illo tempore: Dixit dominus Iesus disci-  
pulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pa-  
stor animam suam ponit pro ouibus suis. Merce-  
narius autem: & qui nō est pastor: cuius non sunt  
oues propriæ: uidet lupum uenientem & dimittet  
oues & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mer-  
cenarius autem fugit: quia mercenarius est: & nō  
pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus:  
& conosco oues meas: & cognoscunt me matre.  
Sicut nouit me pater: & ego agnosco patrem & ani-  
mam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues  
habeo: quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet  
me adducere: & uocem meam audient: & fiet unū  
ouile: & unus pastor: Et reliqua.

**H**omelia beati gregorii papæ.

**A**udistis fratres charissimi ex lectione euā-  
gelica eruditionem uestram: audistis peri-  
culum nostrum. Ecce enim is qui non ex acciden-  
ti dono: sed effécialiter bonus est: dicit. Ego sum  
pastor bonus. Atque eiusdem bonitatis formam:  
quam nos imitemur adiungit: dicens. Bonus pa-  
stor animam suam ponit pro ouibus suis. Fecit quod  
monuit: ostēdit quod iussit. Bonus pastor pro ou-  
ibus suis animam suam posuit: ut sacramentum no-  
strum corpus suum & sanguinem uerteret: & oues  
quas redimerat: carnis suæ alimēto faciaret. Oste-

*del. minus p. 110*  
sa nobis est de cōtemptu mortis uia: quam sequa  
mur: apposita forma cui imprimamur. Primum  
nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus  
eius impēdere; postremum uero si necesse sit: eti  
am mortem nostram pro eiusdem ouibus ministra  
re. A primo autem hoc minimo: puenitur ad po  
stremum maius. Sed cum incomparabiliter longe  
melior sit anima qua uiuimus terrena substantia:  
quā exterius possidemus: qui non dat pro ouibus  
suis substantiam suam: quando pro iis daturus est  
animam suam. Et sunt nōnulli qui dum plus ter  
renam substantiam quam oues diligunt: merito no  
men pastoris perdunt. De quibus protinus subdi  
tur. Mercenarius autem & qui non est pastor: cu  
ius non sunt oues propriae: uidet lupum uenientē:  
& dimittit oues & fugit. Non pastor: sed merce  
narius uocatur: qui non pro amore intimo oues  
dominicas: sed ad temporales mercedes pascit.  
Mercenarius quippe est: qui locum quidem pasto  
ris tenet: sed lucra animarum non quærit. Terre  
nis commodis inhiat: honore prælationis gaudet:  
temporalibus lucris pascitur: impensa sibi ab ho  
minibus reuerentia lætatur. Istæ sūt etenim mer  
cedes mercenarii: ut pro eo ipso quod in regimine  
laborat. Hic quod quærit iueniat: & ab heredita  
te gregis impofterum: alienus existat. Vtrū uero  
pastor sit an mercenarius: cognoscit ueraciter nō

potest: si occasio necessitatis deest. Trāquillitatis  
 enī tēpore plerūq; ad gregis custodiā sicut uerus  
 pastor: sic etiam mercenarius stat: Sed lūpus ueni  
 ens indicat: quo quisque animo sup gregis custo  
 diam stabat. Lūpus etenim super oues uenit: cum  
 quilibet iniustus & raptor: fideles quosque atque  
 humiles: opprimit. Sed is qui pastor esse uideba  
 tur: & non erat: reliquit oues & fugit. Quia dum  
 sibi ab eo periculum metuit: resistere eius iniusti  
 tia non præsumit. Fugit autem non inuitando lo  
 cum: sed subtrahendo solatium. Fugit quia iniusti  
 tiam uidit: & tacuit. Fugit: quia se sub silentio abs  
 condit. Quibus bene per prophetam dicitur. Nō  
 ascendistis ex aduerso: neq; opposuistis murū pro  
 domo israhel: ut staretis in prælio in die domini.  
 Ex aduerso quippe ascendere est: quibuslibet po  
 testatibus prauē agentibus: ratione libera uoce  
 contraire. Et in die domini pro domo israhel in  
 prælio magno stamus: ac murum opponimus: si fi  
 deles innocentes contra peruersorum iniustitiam  
 ex iustitiæ auctoritate uindicamus. Quod q̄ mer  
 cenarius nō facit: cū ueniētē lupū uiderit: fugit.  
 Sed est alius lūpus: q̄ sine cessatione quotidie nō  
 corpora: sed mentes dilaniat. Malignus at̄ uideli  
 cet spūs q̄ caulas fidelium insidians circuit: & mor  
 tes animarū quærit de quo lupo mox subditur. Et

lupus rapit: & dispergit oues. Lupus uenit: & mer-  
cenarius fugit: quia malignus spiritus mentes fideli-  
um in tentatione dilaniat: & is qui locum pastoris  
tenet: curam solitudinis non habet. Animam pere-  
unt: & ipse de terrenis commodis lætatur. Lupus  
rapit: & dispergit oues. Cum alium in superbiam eri-  
git: alium per iracundiam dividit. Hunc inuidia  
stimulat: illum fallacia supplantat. Quasi ergo gre-  
gem lupus dissipat: cum fidelium populum diabo-  
lus per tentationem necat. Sed contra hæc merce-  
narius nullo zelo accenditur: nullo feruore dile-  
ctionis excitatur. Quia dum sola exteriora com-  
moda requirit: interiora gregis damna negligenter pati-  
tur. Unde & mox adiungitur. Mercenarius autem  
fugit: quia mercenarius est: & non pertinet ad eum  
de ouibus. Sola ergo causa est: ut mercenarius fu-  
giat: quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur  
Stare in periculo ouium non potest: qui in eo quod  
ouibus præest: non oues diligit: sed lucrum ter-  
renum querit. Dum enim honorem amplectitur  
dum temporalibus commodis lætatur: opponere se  
contra periculum trepidat: ne hoc quod diligit:  
amittat. Sed quia redemptor noster culpas ficti  
pastoris innotuit: iterum formam cui debeamus  
imprimi ostendit: dicens. Ego sum pastor bonus. Atque  
subiungit. Et cognosco meas: & cognoscunt me-  
am. Et cognosco meas: hoc est diligo. Et cognos-



cunt me mæ. Ac si patenter dicat. Diligentes ob  
 sequuntur. Qui enim ueritatem non diligit: adhuc  
 minime cognouit. Quia ergo audistis fratres cha  
 rissimi periculum nostrum: pensate in uerbis domi  
 nicis etiam periculum uestrum. Videte si oues eius  
 estis. uidete si eum cognoscitis. uidete si lumen  
 ueritatis scitis. Scitis autem dico non per fidem:  
 sed per amorem. Scitis dico non ex crudelitate:  
 sed ex operatione. Nam idem ipse qui hac loqui  
 tur: Ioannes euangelista testatur: dicens. Qui di  
 cit se nosse deum: & mandata eius non custodit:  
 mendax est. Vnde & hoc in alio loco dominus pro  
 tinus subdidit. Sicut nouit me pater: & ego agnos  
 co patrem: & animam meam pono pro ouibus me  
 is. Ac si apte dicat. In hoc constat: quia & agnos  
 co patrem: & cognoscor a patre: quia animam meam po  
 no pro ouibus meis. id est ea charitate: per quam pro  
 ouibus morior: quantum patrem diligam: ostendo.  
 Quia uero non solum iudæam: sed etiam gentilita  
 tem redimere uenerat. Adiungit. Et alias oues ha  
 beo: quæ non sunt ex hoc ouili. Et illas oportet  
 me adducere: & uocem meam audient. Et fiet u  
 num ouile & unus pastor. Redemptionem nostram  
 quæ ex gentili populo uenimus: dominus aspexerat:  
 cum se adducere: & alias oues dicebat. Hoc quo  
 tidie fieri fratres charissimi aspicitis: hoc reconcili  
 atis gentibus factum hodie uidetis. Quasi ex duo

bus gregibus efficit unum ouille : quia iudaicū &  
gentilem populū in sua fide cōiungit. Paulo atte-  
stāte qui ait. Ipse est pax nostra: qui fecit utraque  
unum . Dum enim ad æternam uitam ex utraque  
natione simplices eligit : ad ouile proprium oues  
deducit. De quibus profecto ouibus rursus dicit  
Oues mæe uocem meam audiēt: & ego agnosco  
eas: & sequuntur me. Et ego uitam æternam do-  
eis. De quibus & paulo superius dicit . Per me si-  
quis itroierit saluabitur: Et ingredietur: & egre-  
dientur: & paschua iueniet: Ingridietur quippe ad  
fidem. Egredietur a fide: ad speciem. a crudelita-  
te. ad contemplationem . Paschua autem inueni-  
et: in illa æterna refectione. Oues ergo eius pas-  
chua inuenient : quia quisquis illum corde simpli-  
ci seqtur: æternæ uiriditatis p̄bulo nutritur. quæ  
autem sunt istarū ouium paschua: nisi interna gau-  
dia sempiternæ uirētis paradyfi: Paschua namq̄  
electorum sūt: uultus p̄sēns dei. Qui dū sine de-  
fectu cōspicitur: sine fine mens uitæ cibo faciatur  
In istis paschuis de æternitatis faciatate lati sūt:  
quinque iam laqueos uoluptuosæ temporalitatis  
euaserunt. Ibi hymnidici angelorū chori. Ibi socie-  
tas sup̄norum ciuium. Ibi dulcis solennitas: a pere-  
grinationis huius tristi labore redeūtium. Ibi pro-  
uidi prophetarum chori. Ibi iudex duodecim apo-  
stolorum numerus. Ibi innumerabilium martyrū

uictor exercitus: tanto illic lectior: quāto hīc dur  
 us afflictus. ibi confessorū cōstantia: prāmii sui p  
 ceptioe cōsolata. ibi fideles uiri: quos a uirilitatis  
 suae robore uoluptas sclī emollire nō potuit. ibi sã  
 cta mulieres: quæ cū sæculo & sexū uicerūt. ibi pu  
 eri: q̄ hic ānos suos moribus trascenderunt. ibi se  
 nes: quos hic & ætas debiles redidit: & uirtus ope  
 ris nō reliqt. Quæramus ergo fratres paschua: in  
 q̄bus cū tantorum ciuium solēnitate gaudeamus.  
 Ipsa nos letantium festiuitas iuuet. Certe Tibi  
 populus nundinas coelebraret: si ad alicuius eccle  
 siae dedicationē denunciata solennitate uel festiui  
 tate concurreret: festinaremūs oēs simul iueniri: ī  
 teresse tantæ solennitati unusq̄sq̄ satagere: graui  
 se dāno afflictū crederet: si solennitatem cōmunis  
 lætitiæ non uideret. Ecce in coelestibus electorū  
 ciuium lætitia agitur <sup>uicisim</sup> uicisim de se omnes in suo  
 cōuentu gratulantur: & tamen nos ab amore æter  
 nitatis tepidi: nullo desiderio ardemus. Interesse  
 tantæ solēnitatis nō quarimus. Priuamur gaudiis:  
 & læti sumus. Accendamus ergo animū fratres:  
 recalescat fides ī id quod credidit. īardescāt ad su  
 pna nostra desideria: & sic amare iā ire est. Ab in  
 ternæ solēnitatis gaudio: nulla uos aduersitas  
 reuocet: quia & si quis ad locum propositū ire de  
 siderat: eius desiderium quælibet uia asperitas nō  
 imutat. Nulla uos prosperitas blādiens seducat:

quia stultus uiator est: qui in itinere amena prae-  
cōspiciens: obliuiscitur ire quo tendebat. Toto er-  
go desiderio ad supernam patriā animus anhelet:  
nihil in hoc mundo appetat quod constat: quia ci-  
tius relinqt. Vt si coelestis pastoris ueraciter oues  
sumus: quia in uia delectatione nō fugimur: a ter-  
ris paschuis ī peruentione faciemur.

**S**egmentum ex euangelio Ioannis. XVI. capite  
IN illo tpe: dixit dominus Iesus discipulis  
suis. Modicū & iam nō uidebitis me: & ite-  
rum modicum & uidebitis me: q̄a uado ad patrē.  
Dixerunt ergo ex discipulis eius a diuicē. Quid  
est hoc quod dicit nobis: modicum & nō uidebitis  
me: & iterū modicū & uidebitis me: & q̄a uado ad  
patrē. Dicebāt ergo. Quid est hoc quod dicit mo-  
dicū. Nescimus qd loq̄tur. Cognouit āt Iesus q̄a  
uolebāt eū īterrogare: & dixit eis. De hoc quari-  
tis inter uos: q̄a dixi modicū & nō uidebitis me: &  
iterum modicū & uidebitis me. Amen amen dico  
uobis: q̄a plorabitis & flebitis uos: mūdus autem  
gaudebit. Vos autem cōtristabimini: sed tristitia  
uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit tri-  
stitiā habet: quia uenit hora eius. Cum autem pe-  
perit puerum: iam nō meminit præssuræ propter  
gaudium: quia natus est homo in mūdum. Et igi-  
tur nunc quidem tristitiam habetis. Et reliqua.



**R**otandum autem quia tota lectionis hu-  
 ius series illis conuenit: qui eam præsen-  
 tes audierunt a domino. Pars autem illius etiam  
 nobis qui post passionem suam & resurrectionem  
 dominicā: ad fidem uenimus: apertissime congru-  
 it. Quod autem ait. Modicum & nō uidebitis me  
 & iterum modicum & uidebitis me: quia uado ad  
 patrem. Ad illos specialiter pertinet: qui eius dis-  
 ciplinatuī prædicātis in carne adhesere: & post tri-  
 stitiam passionis uisa resurrectione & ascensione  
 eius: lætificari meruerunt. Modicum etenim fuit  
 ab illa hora illius noctis: qua traditus est in hora  
 passionis suæ: quod eum discipuli carnaliter nō ui-  
 derunt. Et iterum modicum fuit: quod clausus in  
 sepulchro tertia die resurrecturus iacuit: & illorū  
 aspectibus uideri non potuit. Hoc est quod ait.  
 Modicum & non uidebitis me. Significat post re-  
 surrectionem quia cum discipulis conuersatus est:  
 & illis multimoda ostensione apparuit: usque dum  
 in coelum illis uidentibus ascendit. Vt in euange-  
 lio & actibus apostolorū legitur. Et hoc est quod  
 ait. Quia uado ad patrem. Ac si patenter dicat.  
 Quia post modicum destructo mortis imperio: uo-  
 bis intuendus appareo. Quia tempus est ut exple-  
 ta assumptione assumptæ mortalitatis: cum resur-  
 rectionis triumpho iam reuertar ad patrem. Hæc  
 uero uerba domini specialiter iis qui eius resurre-

tionem uiderere potuerunt conueniunt: quia aposto-  
li tunc temporis non potuerunt intelligere. Et hac  
illorum ignorantia pius magister intelligens: sub-  
sequenter secundum illorum dubitationem respō-  
dit: quasi expositurus quid esset quod dixit. Mo-  
dicum & non uidebitis me: & iterum modicum &  
uidebitis me. Amen amen dico uobis: quia plorabi-  
tis & flebitis uos: mundus autem gaudebit. uos autē  
contristabimini: sed tristitia uestra uertetur in gau-  
dium. Et ipsorum & totius ecclesie statui congru-  
it. Plorabant quippe & flebant amatores christi:  
cum illum comprehendi. ab hostibus ligari. ad cō-  
cilium duci. damnari. crucifixi. mori. & sepeliri:  
uiderūt. Gaudebant mundi amatores: quos ab  
fimas cogitationes mundum uocat dominus: cum  
morte turpissima condemnarent illum: qui grauis  
erat eis etiā ad uidendū. Contristabantur discipu-  
li posito in morte domino: sed agnita eius resurre-  
ctione: tristitia illorū uersa est in gaudiū. Visa ascē-  
sionis potentia: iam maiori gaudio subleuati: lau-  
dabant & benedicebant dominum. Vt Lucas euā-  
gelista testatur. Sed & cunctis fidelibus hic domi-  
ni sermo conuenit: qui per lacrimas præffurasque  
præsentes: ad gaudia æterna peruenire cōtendūt:  
ut qui seminant in lacrimis: in gaudio metant.  
Sicut scriptum est. Eūtes ibant & flebant. Quati-  
nus in æterna beatitudine laboris sui mercedem re-

cipiāt. Mundus autem idest mundi amatores gau-  
 debunt: qui ad æterna gaudia se properare per  
 lacrimas & afflictiones: despiciunt. Illis autē idest  
 iustis conuenit. Contristabimini: p̄ labores & præ-  
 suras. Sed tristitia uestra uertetur in æternæ bea-  
 titudinis læticiam. Sequitur mulier cum parit tri-  
 stitiā habet: quia uenit hora eius. Mulierē dicit:  
 sanctam ecclesiam: propter foecunditatem bonorū  
 operum: & q̄a spirituales deo filios gignere num-  
 quam desinit. Hæc mulier cum parit: tristitiā ha-  
 bet: quia uenit hora eius. Cum autē peperit pue-  
 rum: iam non meminit præssuræ propter gaudiū:  
 quia natus est homo in mundum. Quia nimirum  
 sancta ecclesia quādiu in mūdo spiritualium uirtu-  
 tum profectibus insistit: nunquam mundi tentati-  
 onibus exerceri desistit.

Segmentum ex euangelio Ioannis. xvi. capite.

**I**N illo tempore: Dixit dominus Iesus disci-  
 pulis suis. Vado ad eum qui misit me: & ne-  
 mo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed q̄a hac  
 locutus sum uobis: tristitia implebit cor uestrum.  
 Sed ego ueritatē dico uobis: expedit uobis ut ego  
 uadam. Si enim non abiero: paraclitus nō ueniet  
 ad uos. Si autem abiero: mittam eum ad uos. Et  
 cum uenerit ille arguet mundum de peccato & de  
 iustitia & de iudicio. De peccato quidem: quia nō

crediderunt in me. De iustitia uero: quia apud patrem uado & iam non uidebitis me. De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis: docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso: sed quaecumque audiet loquetur: & quae uentura sunt annuntiabit uobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: & annuntiabit uobis. Omnia quaecumque habet pater: mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet: & annuntiabit uobis. Et reliqua.

**E**x dictis sancti Augustini episcopi.  
**S**ignificat sic se iturum ad eum qui mittit illum: ut nullus interrogaret quod palam fieri: uisu corporis cernerent. Nam superius interrogauerant eum: quo esset iturus: dum ad passionem properauit: & respondit eo se iturum quo illic tunc sequi non possent. Nunc autem sic se dicit iturum: ut nullus quo uadit interroget. Nubes enim suscepit eum: quando ascendit ab eis: & euntem in caelum non uerbis quaesierunt: sed oculis uiderunt. Sed quia haec locutus sum uobis inquit. tristitia implebit cor uestrum. Videbat utique quod illa uerba in eorum cordibus agerent: spirituale quippe nondum habentes interiorum consolationem quam per spiritum sanctum fuerant habituri; id quod exte



rius in christo uidebāt: ammittere metuebāt. Sed  
 ego ueritatem dico uobis expedit uobis ut ego u  
 dam. Ac si aperte diceret. <sup>to ueritate</sup> Expedit ut forma ser  
 uij uestris subtrahatur aspectibus; <sup>post q. ueritate</sup> quatinus amor  
 diuinitatis <sup>in ueritate</sup> aspitius uestris <sup>se. comp. in ueritate</sup> ifigatur mentibus. Ex  
 pedit ut <sup>in ueritate</sup> notam uobis formam celo iferam: <sup>post q. ueritate</sup> quati  
 nus p hoc maiori desiderio. illuc suspiretis. Si enī  
 non abiero: paraclytus non ueniet ad uos. Si autē  
 abiero: mittam eum ad uos. Non quia non pote  
 rat ipse in terra positus: dare spiritum discipulis.  
 Hęc loquitur cū aperte legitur: quia post resurre  
 ctionem apparens eis: insuflauit & dixit eis. Acci  
 pite spiritum sanctum. Sed ipso in terra posito: &  
 corporaliter conuersante cum eis: non ualebāt ad  
 illum erigere mentem: ad fisciēda munera gratiæ  
 coelestis. Ascendente autem illo ad coelos: & illi  
 pariter omne desiderium suum in illum transfere  
 bant. Ideo <sup>capaces</sup> spiritus sancti iam facti erant:  
 non ultra de morte eius contristati: sed promissio  
 nis eius munere lætati. Patet autē nec laboriosa  
 expositione indiget: cur eundem spiritum paracly  
 tum: idest consolatorem cognominauerit. Quia  
 nimirum corda discipulorum quæ recessus ipsius  
 mesta reddidisset: huius consolaretur & recrearet  
 aduentus. Non quod antea spiritus sanctus non  
 esset in cordibus discipulorum: uel etiam antiquo  
 rum sãctorum; sed manifesta plenitudine ante sic

nō fuit data: quomodo post ascensionem die deci-  
mo in centum uiginti homines; transmissus legi-  
tur: sed in nullo opere cuiuslibet psona patris uel  
filii uel spiritus sancti: totiusque sanctæ trinitatis  
operatio defuit. Sed oportebat ita insinuari trini-  
tatem: ut quamuis nulla esset diuersitas substan-  
tiæ: singillatim tamen comendaretur distinctio p-  
sonarum. Et cum uenerit: ille arguet mundum.  
Quid est quod dixit: cum uenerit ille arguet mun-  
dum: Nunquid non christus dum esset in mundo  
non arguit mundum: de iis omnibus quæ sequun-  
tur: Sed christus solam iudæorum gētem arguit.  
Spiritus uero sanctus in discipulis eius toto orbe  
diffusis: non unam gentem intelligitur arguisse:  
sed mundum. In quo arguit: in eo per spiritum sã-  
ctum charitas diffusa est in cordibus eorum: qua  
foras mittit timorem. Vt non metuerent mundū:  
id est amatores mundi arguere de peccato. & de  
iustitia. & de iudicio. Quam sententiam ipse chri-  
stus exposuit dicens. De peccato: quia nō credūt  
in me. Peccatum incredulitatis: quasi speciale po-  
nitur. Quia sicut fides origo uirtutū: ita solidamen-  
tum est uiciorum incredulitate persistere. Domi-  
no terribiliter attestante qui ait. Qui autem non  
credit: iam iudicatus est: quia non credit in nomi-  
ne unigeniti filii dei

Segmentum ex euangelio Ioannis. xvi. capite.

**I**N illo tpe: Dixit dominus Iesus discipulis suis. Vsq; modo non petistis quicquā in nomine meo. Petite & accipietis: ut gaudiū uestrū sit plenum. Hæc in prouerbiis locutus sum uobis Venit hora cū iam non in prouerbiis loquar uobis sed palā de patre meo ānunciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et nō dico uobis: qa ego rogabo patrē de uobis. Ipse enī pater amat uos: qa uos me amastis: & credidistis: qa a deo exiui.

Homelia beati Augustini episcopi.

**D**Vobis modis itelligi potest: uel qa ī nomine meo nō petistis: quod nomen non sicut cognoscendū est cognouistis: uel nō petistis quicquā: quoniā ī cōpatione rerū quas petere debuistis: pro nihilo habēdū est quod petistis. qa q petiit quod ad sempiternā salutem & gaudiū æternū non pertinet: nihil petere uidetur: ad comparationē illius petitionis quā petere debuit. Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo. Vel ita itelligendū est: non petierunt eatenus in nomine saluatoris qui dū ipsius saluatoris uisibili præsētia cōplerentur: minus ad uisibilia salutis dona: mētis intuitū erexerant. Qui uero cōtra rationē salutis suæ petit: nō petit ī nomine iesu. Hic dominus sequenter ait. Petite & accipietis: ut gaudiū uestrū sit plenū. Significās qd sit nobis petendū: idest ut

plenū sit gaudiū nostrum. Vnde ait. Et accipietis.  
Si illa petimus quæ ad plenitudinem æternorum  
pertineant gaudiorum: accipiemus. Plenū ergo gau-  
diū: beatitudinē perpetuæ pacis appellat. Ait itaq̃.  
Petite & accipietis: ut gaudiū uestrū sit plenum.  
Ac si patenter dicat. Non fluxa sc̃li gaudia quæ  
& merore sunt pmixta; & dolore finienda sūt. sed  
illud sigūlare gaudium a patre petite: cuius pleni-  
tudo nullo cuiuslibet inquietitudinis attatū minua-  
tur: nullo unquā termino dissoluatur. Hæc in pro-  
uerbiis loquutus sum uobis: uenit hora cū iam nō  
in prouerbiis loquar uobis: sed palā de patre anū-  
ciabo uobis. Nam paruuli fuerāt: & necdū <sup>agunt</sup> intelli-  
gere putuerant: quomodo pater esset in filio: & fi-  
lius ī patre: & cetera quæ ad profundā mysteriorū  
diuinitatem pertinebant. nec dum scire potuerāt.  
Ideo ī prouerbiis quasi in enigmate loq̃ illis uide-  
batur dōminus: sed promittit illā horā: in qua pa-  
lam illis de patre loqueretur. Illā nimirum horā  
significabat: qua eis pacta sua passione ac resurre-  
ctione sp̃itus sc̃cti erat gratiam daturus. Tūc et  
enim sp̃itualiter intus instructi: sp̃uali dilectione  
succensi: quo perfectiūs omnia quæ de agnitione  
diuinitatis mortalibus erant capienda ceperunt.  
eo ardentius sola quæ ad eius uisionem promeren-  
dam iuuaret petere ac desiderare: curauerunt. In  
illa die ī nomine meo petetis. id est quæ ad salutē



tantummodo animarū uestrarum: & quæ ad gau-  
 dia æterna pertinere uidentur: petere incipietis:  
 & maxime ut intelligatis quod dixi. Ego & pater  
 unum sumus: uel quomodo pater sit in me: & ego  
 in patre. Tunc in eius nomine petunt: qui dicun-  
 tur petere: quia in sancto eius nomine non aliud quã  
 res ipsa est quæ hoc nomine uocatur: intelligunt.  
 Hi possunt ut cumque cogitare dominum nostrū  
 Iesum christum in quantum homo est: pro nobis  
 interpellare patrem. In quatum deus est: nos exau-  
 dire cum patre: quod eū significasse arbitror: ubi  
 ait. Et non dico uobis: quia ego rogabo patrem  
 de uobis. Potest enim non inconuenienter accipi  
 quod ait. Et non dico uobis quia ego rogabo pa-  
 trem de uobis: quia non de præsentī rogo: sed de  
 futuro posuit: rogabo. Quod sanctis ad internam  
 pacem receptis. non opus sit iã aliquid rogare de  
 illis: quia nimirum tanta beatitudine donãdi sint:  
 quæ amplior esse non possit.

**S**egmentum ex euangelio Marci. xvi. capite.

**I**n illo tempore. Recumbentibus undecim  
 discipulis: apparuit illis Iesus: & exprobra-  
 uit incredulitatem illorum & duriciam cordis: quia  
 iis qui uiderant eum resurrexisse non crediderunt:  
 et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum: prædi-  
 cate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit

& baptizatus fuerit: saluus erit. Qui uero nō cre-  
diderit: condemnabitur. Et reliqua.

**Homelia beati gregorii papæ:**

**Q**uod resurrectionē dominicā discipuli tarde  
crediderūt. nō tam illorū infirmitas: quam  
nostra ut ita dicā futura firmitas fuit. Ipsa nāq; re-  
surrectio illis dubitantibus per multa argumenta  
mōstrata est. Quæ dū nos legētes agnoscimus: qd  
aliud quam de illorū dubitatione solidamur: Mi-  
nus enī mihi maria magdalena præstitit: quæ citi-  
us credidit: quā tomas qui dio dubitauit. Ille ete-  
nim dubitādo uulnerū cicatrices tetigit: & de nro  
pectore dubitationis uulnus āputauit: ad insinuan-  
dā quoq; ueritatē dominicæ resurrectionis: notan-  
dū nobis est qd lucas referat dicēs. Cōuescēs: præ-  
cepit eis ab hierosolymis ne discederent. Et post  
pauca. Vidētibus illis eleuatus ē: & nubes suscepit  
eū ab oculis eorū. Notate uerba: signate mysteria  
Cōuescens eleuatus ē: comedit & ascēdit. Vt uide-  
licet p effectū comestionis: ueritas patesceret car-  
nis. Marcus uero priusquā cæli dominus ascēdat  
eū de cordis atq; ifidelitatis duricia: icrepasse dis-  
cipulos memorat. Qua in re qd cōsiderādiū est: nisi  
quod idcirco dominus tūc discipulos icrepauit: cū  
corporaliter reliq;: ut uerba quæ recedens diceret  
in corde audientiū arcius inpræssa remaneret. In  
crepata igitur eorum duricia: qd āmonēdo dicat:

audiamus. Euntes in mundum uniuersum: prædi-  
 cate euangelium omni creaturæ. Nunquid fratres  
 mei sanctum euangelium uel insensatis rebus: uel  
 brutis animalibus fuerat prædicandū: ut de eo dis-  
 ciplis dicatur. Prædicate euangeliū omī creaturæ  
 Sed oībus creaturæ noīe signatur homo. Sūt nam  
 que lapides: sed nec uiuunt nec sentiūt. Sūt herbæ  
 & arbuſta: uiuunt quidē: sed non sentiunt. Viuūt  
 dico: non per animam: sed per uiriditatem. Quia  
 & paulus dicit. Inſipiēs tu quod ſeminas: nō uiuifi-  
 catur: niſi prius moriatur. Viuit ergo quod mori  
 tur: ut uiuificetur. Lapidēs itaq; ſūt: ſed nō uiuūt  
 Arbūſta at ſūt: uiuunt: ſed nō ſentiūt. Bruta uero  
 animalia ſunt: uiuunt. ſentiunt: ſed non diſcernūt.  
 Angeli ſunt: uiuunt. ſentiunt. & diſcernūt. Omnis  
 aut creaturæ: aliquid habet homo. Habet namq;  
 cōmune eſſe cum lapidibus. uiuere cū arboribus.  
 ſentire cum animalibus. intelligere cū angelis. Si  
 igitur cōmune habet aliquid cū omni creatura ho-  
 mo: iuxta aliquid omīs creatura homo. Omni er-  
 go creaturæ prædicatur euangeliū: cū ſolī homini  
 prædicatur. Quia ille uidelicet docetur: propter  
 quē i terra cūcta creata ſūt: & a quo oīa p quāndā  
 ſimilitudinē: aliena non ſunt. Poſteſt etiā omnis  
 creaturæ nomine: omnis nacio gentiū deſignari.  
 Ante etenim dictum fuerat. In uiam gentium ne  
 habieritis. Hunc autē dicitur. Omni creaturæ

prædicare. Vt scilicet prius a iudæa apostolorum  
repulsa prædicatio: tunc nobis in adiutoriū fieret:  
cum hæc illa ad damnationis suæ testimonium: su-  
perba repulisset. Sed cum discipulis ad prædicā-  
dum ueritas mittit: puid aliud in mūdo facit: nisi  
grana seminis spargit: Et pauca grana mittit i se-  
mine: ut multarū messium fruges recipiat ex no-  
stra fide. Neque etenim in uniuerso mundo tāta  
fidelium messis exurgeret: si de manu domini su-  
per rationalem terram illa electa grana prædicā-  
tiū nō uenissent. Sequitur. Qui crediderit & bap-  
tizatus fuerit: saluus erit. Qui uero nō crediderit  
condemnabitur. Fortasse unusq;que apud semet  
ipsum dicat. Ego iam credidi: saluus ero. Verū di-  
cit: si fidem operibus tenet: Vera etenī fides est:  
quæ in hoc uerbis dicit: operibus non cōtradicit.  
Hinc etenim est: quod de quibusdā falsis fideli-  
bus: paulus dicit. Qui confitētur se nosse deum:  
factis autem negāt. Hinc Ioannes ait. Qui dicit  
se nosse deum: & mandata eius non custodit: men-  
dax est. Quod cum ita sit fidei nostræ ueritatē in-  
uitæ nostræ consideratione: debemus agnoscere.  
Tunc enī ueraciter fideles sumus: si quod uerbis  
tismatis omnibus nos antiqui hostis operibus: at-  
que omnibus pompis: abrenuntiare promissim⁹.



Segmentum ex euangelio Ioannis. iiii. capite.

**I**n illo tempore: Erat homo ex phariseis nicodemus noie: princeps iudæorum. Hic uenit ad Iesum nocte & dixit ei. Rabbi: scimus quia a deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respondit Iesus & dixit ei. Amē amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo nō potest uidere regnū dei. Dicit ad eū nicodemus. Quōdo potest homo nasci cum sit senex? Nūquid potest in uentrē matris sue iterato introire & renasci? Respondit Iesus. Amē amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu factō: nō potest introire in regnū dei. Quod natum est ex carne: caro est. & quod natum est ex spiritu: spūs est. Nō mireris quia dixi tibi: oportet uos nasci denuo. spūs ubi uult spirat: & uocē ei⁹ audis sed nescis unde ueniat: aut quo uadat. Sic ē oīs qui natus ē ex spū. Respondit nicodemus & dixit ei. Quōdo possunt hæc fieri? Respondit iesus & dixit ei. tu es magister in israel & hæc ignoras? Amē amē dico tibi: quia quod scimus loquimur: & quod uidimus testamur: & testimoniū nr̄m non accipitis. Si terræna dixi uobis & nō creditis: quōdo si dixero uobis celestia credetis? Et nemo ascendit in coelū nisi qui descendit de coelo: fili⁹ hominis qui est in coelo. Et sicut moyses exaltauit serpētē in deserto: ita exalteri oportet filiū hominis: ut omnis qui credit in ipsum non

pereat: sed habeat Vitam eternam. Sic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non pereat: sed habeat vitam eternam. Et reliqua.

### Expositio.

**S**icut ex lectione sancti euangelii fratres charissimi audistis: princeps iudeorum uenit ad dominum Iesum nocte: cupiens secreta eius alloquutione plenius instrui: discere misteria fidei: cuius apta ostensione signorum aliquatenus iam rudimenta perceperat. Qui quonia prudenter ea que ab illo querebat: inuestigare promeruit. Rabbi igitur: scimus quia a deo uenisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. a deo igitur Iesum uenisse ad magistrum celestis mundi adhibendum: confessus est. Deum cum illo fuisse miraculis prodentibus intellexit: necdum tamen ipsum deum esse cognouit. Sed quia quem magistrum nouerat: ueritatis eius perfecte docendus a diuit: merito ad agnitionem ueritatis eius perfecte docendus subiit: merito utriusque natiuitatis eius diuinitatis scilicet & humanitatis: sed & passionis atque ascensionis ipsius arcana precepit: necnon etiam modum secundae generationis ingressum regni celestis aliaque per plura doctrinae euangelice sacramenta domino reuelante didicit. Respondit ei Iesus: & dixit. Amen amen dico tibi

nisi quis renatus fuerit denuo nō potest uidere reg-  
 num dei. Quæ sentētia tanto apertius lucet cūctis  
 fidelibus: quanto constat quia sine huius luce: fide-  
 les esse nequeūt. Quis etenī sine lauacro regene-  
 rationis remissionem peccatorum cōsequi: & reg-  
 nū ualeat intrare coelorum: Sed nicodemus qui ue-  
 nit nocte ad dominū necdum lucis mysteria cape-  
 re nouerat. Nam & nox ī qua uenit: ipsa eius qua  
 premebatur ignorantiam designat. Necdum enī  
 eorū numero sociatus erat Quibus ait apostolus:  
 Fuistis aliquādo tenebræ: nunc autem lux ī domi-  
 no. Sed iter eos potius remanebat. Quibꝫ loque-  
 batur esaias. Surge illuminare hierusalē: quia ue-  
 nit lumen tuū: & gloria domini super te orta est.  
 Respōdit ergo: & ait. Quomodo potest homo na-  
 sci: cum sit senex: Nūqd potest in uērem matris  
 suæ iterato introire: & renasci: Quia enim secūda  
 natiuitatis adhuc nesciꝫ perseuerabat. de salute a-  
 utem sua iam sollicitus extiterat necessario de una  
 quam nouerat natiuitate an possit iterari uel quo  
 ordine regeneratio possit impleri quærebat: ne hu-  
 ius expers remanēdo: uitæ coelestis particeps esse  
 neqret. Notandū autē quod de carnali dixit: ne  
 Hoc etiam de spūali est regeneratione sciēdū: ne  
 quaquā uidelicet ea post quā semel expleta fuerit  
 posse repeti Siue enī hereticꝫ: siue scismaticꝫ siue  
 facinorosus qsq; ī cōfessione sãcte trinitatis bapti

zet nō ualet ille q̄ ita baptizatus est a bonis catho-  
licis rebaptizari. ne cōfessio uel inchoatio tāti no-  
minis uideatur ā nullari. Et quia nicodemus ad pri-  
mā domini responsionē sollicitus; quomodo sit in-  
telligenda diligētē inquiri. meretur iam pleni-  
instrui. Et quia secunda natiuitas nō carnalis est:  
sed spūalis meretur audire. Amen amē dico tibi:  
nisi quis renatus fuerit ex aqua & sp̄. itu s̄cto: nō  
potest itroire in regnum dei. Cuius natiuitatis mo-  
dum subsequēter exponēs. prorsusq; a carnali dis-  
tinguēs ait. Quod natum est ex carne: caro est. &  
quod natū est ex spiritu: spiritus est. Natura spi-  
ritus inuisibilis: carnis est uisibilis. Atq; ideo carna-  
lis generatio uisibiliter administratur. uisibilibus i-  
crementis. Qui i carne nascitur: per aetātū momē-  
ta proficit. Spiritalis autem generatio tota inuisibi-  
liter agitur. Nam uidetur quidē qui baptizatur  
in fontē descendere: uidetur aquis int̄ctus ascen-  
dere. Quid autē lauacrū in illum regenerationis  
egerit: minime potest uideri. Sola autē fidelium pi-  
etas nouit: q̄ peccator in fontem descēdit: sed pu-  
rificatus ascendit. Filius autem mortis descendit:  
sed filius resurrectionis ascendit. Filius prauarica-  
tionis descēdit: sed filius dei ascēdit. Filius irāe des-  
cendit: sed filius misericordie ascēdit. Sola ecclesia  
mater quæ generat: nouit. Cæterum oculis insipi-  
entiu. n uidetur talis exire de fonte: qualis itrauit



totumq; locus esse quod agitur. Vnde ī fine uidē  
 tes gloriam sanctorum: dicent gementes ī tormē  
 tis. Hic sunt quos aliquādo habuimus ī derisu: &  
 in similitudine improperii. Quomodo ergo cōpu  
 tati sūt iter filios dei: Ait apostolus Ioānes. Cha  
 rissimi inquit nunc dei filii sumus: & non dū appa  
 ruit quid erimus. Quod ergo natum est ex spū: spi  
 ritus est. quia ex aqua & spiritu regeneratus īuisi  
 biliter in nouum mutatur hominem: & de carnali  
 efficitur spiritualis. Qui ideo recte nō solum spūa  
 lis: sed etiā spūalis spiritus uocatur. quia sicut sub  
 stantia spiritus īuisibilis est nostris aspectibus: ita  
 is qui per gratiā dei renouātur inuisibiliter fit spi  
 ritualis & dei filius: cū uisibiliter omnibus caro &  
 filius hominis appareat. Nō mireris quia dixi tibi:  
 oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult spi  
 rat: & uocem eius audis. & nō scis unde ueniat: aut  
 quo uadat. Sic est omnis: quia nat⁹ est ex spiritu.  
 Spiritus ubi uult spirat: quia ipse habet potestātē  
 cuiuscumq; quem gratia suæ uisitationis illustret.  
 & uocē eius audis: dum te præsente loquitur. is q  
 spiritu factō repletus est: sed nō scis unde ueniat:  
 aut quo uadat. quia etiam si te præsente quēpiā  
 ad horam repleuerit nō potest uidere quomodo ī  
 trauerit: uel quomodo redierit: quia natura est in  
 uisibilis. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Et  
 ipse enī inuisibiliter agēte spiritu: incipit esse quod

nō erat: ita ut infideles nesciāt ūde ueniat: & quo  
uadat. quia gratia regenerationis uenit ī adoptio  
nem filiorum dei: & uadit in perceptionem regni  
coelestis. Querēte adhuc nicodemo quomodo pos  
sint hęc fieri: respōdit Iesus: & dixit ei. Tu es ma  
gister in israhel: & hęc ignoras: Non quasi īsulta  
re uolēs ei: qui magister uocetur: cum sit ignarus  
coelestium sacramentorum: sed ad humilitatem il  
lum prouocās: sine qua ianua coelestis nō potest  
inueniri. Amen amen dico tibi: quia quod scimus  
loquimur: & quod uidimus testamur: & testimoni  
um nostrum nō accipitis. Si terrana dixi uobis &  
nō creditis: quomodo si dixero uobis coelestia cre  
detis? Tertiana dixit illis: ut ī superiori lectione ī  
uenimus. cum de passione & resurrectione sui cor  
poris quod de terra assumpserat loqueretur dicens  
Soluite templum hoc: & ī tribus diebus excitabo  
illud. Non tamen credebāt uerbo quod dixi. Sed  
ne hoc quidem intelligere ualebant: quia nō de a  
lio quā de templo corporis sui diceret. Qui ergo  
terrana audientes nō capiebant: quāto magis ad  
coelestia idest ad diuine generationis capiēda my  
steria: nō sufficiunt. Addit autem adhuc dominus  
de coelestibus sacramētis & de terranis instruere  
eum quem uidit sapiēter & diligenter: iis quæ au  
dit intendere. Coelestis namque ascensio eius ad  
uitam sempiternā: terrana uero exaltatio eius ad

mortem temporalé. Dicit ergo de coelestibꝫ. Et  
 nemo ascendit in coelū: nisi qui descēdit de coelo.  
 Filius hominis q̄ in coelo est. Merito autē quari  
 tur: quomodo filiꝫ hominis uel descēdisset de coe  
 lo: uel eo tempore quo hæc ī terra loquebatur: iā  
 fuisset ī coelo. Non ergo caro christi descēdit de  
 coelo: neque ante tempus ascensionis erat ī coelo  
 Quia una christi persona est: in duabus existēs na  
 turis: atque ideo filiꝫ hominis recte dicitur: & des  
 cēdisse de coelo. quia quod in sua natura habere  
 nō potuit: hoc in filio dei a quo assumptus est: ha  
 buit. Sed & hoc quærēdum quomodo dictum sit:  
 & nemo ascendit in coelū nisi qui descendit de coe  
 lo: cum omnes electi se ueraciter confidunt ascēsu  
 rōs in coelum: promittēte sibi domino. Quia ego  
 ubi sum: illic & minister meus erit. Cuiꝫ tamē no  
 dum questionis apertissima ratio soluit: q̄a uide  
 licet mediator dei & hominū homo cristus Iesus:  
 electorū omnium caput est. Itemque omnes elec  
 ti eiusdem capitatis membra sunt: dicēte apostolo.  
 Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. Et  
 rursum. Vos enim estis corpus christi: & membra  
 de membro. Nemo ascendit in coelum: nisi chris  
 tus in corpore suo quod est ecclesia: qui in seipso  
 primū cernentibus apostolis eminentioribus nimi  
 rum membris suis ascēdit: & exinde membris suis

quotidie ascēdēs: se colligit in coelum. Quisquis  
in coelum ascendere desiderat: ei qui de coelo des-  
cendit & est in coelo: se uera fide & dilectionis uni-  
tate cōiungat: aperte intelligens: quia nullo ordi-  
ne nisi per eum qui descendit de coelo: potest ascē-  
dere in coelum. Vnde alias ipse dicit. nemo uenit  
ad patrē: nisi p̄ me. Et sicut moyses exaltauit ser-  
pentem in deserto: ita exaltari oportet filiū homi-  
nis. Mira magisterii coelestis arte dominus magis-  
tro legis mosaycæ ad spirituale legis eiusdem sen-  
sum inducit. recordans hystoriæ ueteris: & hanc ī  
figuram suæ passionis atque humanæ saluationis  
factam: edisserens. Narrat quippe liber numero-  
rum quia percussus in heremo populus israhel: iti-  
neris longi ac laboris tedio murmurauit cōtra do-  
minum: & moysen. Ideoque miserit dominus ī illū  
ignitos serpētes: ad quorum plagas & mortes plu-  
rimorum: cum clamaret ad moysen & ille oraret:  
iussit eum dominus facere serpētem aereum: & po-  
nere pro signo. Qui percussus inquit aspexerit eū:  
uiuet. Et ita factum est. Plagæ igitur serpētium  
ignitorum: uenena sunt & incentiua uiciorū: qua  
anima quam tangunt: spirituali morte perimunt.  
Et bene murmurans contra dominū populus: ser-  
pētium morsibus sternebatur. ut ex ordine flagel-  
li exterioris agnosceret: quantam ītus perniciem  
murmurando pateretur. Exaltatio autē serpētis



aenei: quē dum percussi aspicerent sanabātur. Pas-  
 sio est enī nostri redemptoris in cruce: in cuius so-  
 lū fide: regnum mortis & peccati superatur. Rec-  
 te etenim per serpentes peccata: quæ animā simul  
 & corpus ad interitū trahunt: exprimentur. nō so-  
 lum quia igniti: quia uirulenti: quia ad perimēdū  
 sunt: uerū etiam quia per serpentem primi parētes  
 nostri ad peccandum persuasi: ac de immortalibꝫ  
 sunt peccando mortales effecti: Recte per serpētē  
 æneū dominus ostenditur: qui uenit ī similitudī-  
 nem carnis peccati. Quia sicut æneꝫ serpēs effigi-  
 em quidem ignitis serpentibus similem: sed nullū  
 prorsus in suis membris habens ardorem ueneni:  
 percussos a serpentibus sua exaltatione sanabat. Sic  
 nimirum redemptor humani generis non carnem  
 peccati: sed similitudinem induit carnis peccati: ī  
 qua mortem crucis paciēdo credētes in se ab om-  
 ni peccato & ab ipsa etiā morte: liberaret. Vt om-  
 nis qui credit ī ipso non pereat: sed habeat uitam  
 æternā. Cuius quidem uerbi patet sensus: quia q-  
 uis credit in Iesum nō solum perditionem euadit poe-  
 narum: sed & uitam percipit æternam. Et hoc iter  
 figuram distat & ueritatē. quia per illam: uita elō-  
 gatur tēporalis. per hanc: uita donatur sine fine  
 māsura. Sed curādum sollerter ē: ut quod īlectꝫ  
 bene sētit: operatio cōdigna proficiat. quatinꝫ cō-  
 fessio recte nostræ fidei pie & sobrie cōuersādo ad

perfectionem promissæ nobis uita: mereatur atque  
gere. Verum quia hæc de filio hominis dicuntur.  
qui exaltari in cruce: & mortem uoluit pati: ne per  
taret nicodemus filium tantum hominis eum esse.  
a quo uita esset expectanda perpetua. curauit ei do  
minus etiam diuinitatis suæ patefacere arcanum:  
unumque & eundem filium hominis: mundi osten  
deret esse saluatorem.

Segmentum ex euangelio luca. xvi. capite.

**I**n illo tempore. Dixit dominus Iesus disci  
pulis suis parabolam hanc. Homo quidam  
erat diues qui induebatur purpura & bysso: & epula  
batur quotidie splendide. Et erat quidam medicus  
nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulceribus  
plenus: cupiens saturari de micis quæ cadebant de  
mensa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes uenie  
bant & ligebant ulcera eius. Factum est autem ut morere  
tur medicus: & portaretur ab angelis in sinum abra  
ham. Mortuus est autem & diues: & sepultus est in in  
ferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tor  
mentis: uidit abraham a longe & Lazarum in sinu  
eius: & ipse clamans dixit. Pater abraham miserere  
mei: & mitte Lazarum ut intinguat extremum di  
gitum in aquam: ut refrigere et linguam meam: quia  
crucior in hac flamma. Et dixit illi abraham Fili recorde  
dare quia recepisti bona in uita tua: & Lazarus simi

liter mala. Nunc autē hic consolatur: tu uero cruciaris. Et in iis omnibus iter nos & uos chaos magnum firmatum est: ut hi qui uolūt hic trāsire ad nos nō possint: neque inde huc trāsire. Et ait. Rogo ergo te pater: ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres ut testetur illis ne & ipsi ueniāt in hunc locum tormentorum. Et ait illi abrahā. Habent moysen & prophetas: audiant illos. At ille dixit. Nō pater abrahā: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: poenitentiā agent. Ait autem illi. Si moysen & prophetas nō audiūt. neque si quis ex mortuis resurrexerit: credēt. Et reliqua.

### Expositio.

**I**N uerbis sacri eloqui fratres charissimi: prius seruanda est ueritas hystoriæ: & postmodum requirenda spiritualis intelligētia allegoriæ. Tūc nāque allegoriæ fructus suauiter capitur: cū prius per hystoriā ueritatis radice solidatur. Sed quia nonnunquam allegoria fidem ædificat: & hystoriam mortalitatem. nos quia auctore deo iā fide libus loquimur: nō ab re credimus: si ipsum loquēdi ordinē postponamus. quatinus q̄ fidē iā firmā tenetis: prius de allegoria aliqd breuiter audire debeat. Et quod nobis de mortalitate hystoriæ ualde est necessariū hoc in expositionis nostræ ordine seruetur extremū. Quia ea plerūq; solēt meli9

recoli: quæ cōtingit postmodū audiri. Sensū ergo allegoricū sub breuitate transcurrimus: ut ad mortalitatis latitudinē citius uenire ualeam⁹. Homo quidā erat diues: & induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide. Quē fratres charissimi quem diues iste qui induebatur purpura & bysso & epulabatur quotidie splendide: nisi iudaicū populū designat. qui cultū uitæ exterius habuit: quæ acceptæ legis diuicias adiutorē usus est: nō ad utilitatem. Quem uero Lazarus ulceribus plenus: nisi gētilē populū figuraliter exprimit. Qui dū cōuersus ad dominū peccata sua non erubuit cōfiteri: huic uuln⁹ ī cute fuit. In cutis quippe uulnere: uirus a uisceribus trahitur: & foris erumpit. Quia est ergo peccatorum cōfessio: nisi quedā uulnerū ruptio: Quia peccati uirus salubriter aperitur ī cōfessione: quod pestifere latebat in mēte. Vulnere enim cutis ī superficiem trahunt humorem putredinis. Et confitēdo peccata quid aliud agimus: nisi malū quod in nobis latebat: aperimus. Sed Lazarus uulneratus: cupiebat saturari de micis quæ cadebāt de mensa diuitis: & nemo illi dabat. quia gentilem quemque ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat. Qui dū doctrinam legis nō ad caritatem habuit: sed ad elationē: quasi de acceptis operibus timuit. Et quia ei uerba defluebant de scientia: quasi micæ cadebāt



99

de mēsa. At contra iacētis pauperis uulnera. Lin  
gebāt canes. Nonnunquam solent in sacro elogo  
per canes prædicatores intelligi. Canum etenī lin  
gua uulnus dū lingit curat quia & doctores sancti  
dum ī confessione peccati nostri nos instruūt: qua  
si uulnus mentis per linguā tangunt. Et quia nos  
loquēdo a peccatis eripiunt quasi tangendo uulne  
ra ad salutem reducūt. Quia enim canum nomine  
prædicatorū lingua signetur. Domino per psalmis  
tā dicitur. Lingua canū tuorū: ex inimicis ab ipso  
Ex iudeis quippe ī fidelibus: sancti prædicatores e  
lecti sunt: qui ī assertione ueritatis cōtra fures la  
trones <sup>et ueniētes</sup> magnos pro dominō ut ita dicā  
latratus dederūt. Quod cōtra quorundā reprobā  
tione dicitur. Canes muti: nō ualentes latrare. ga  
igitur prædicatores sācti peccata damnant. cōfes  
sionem uero peccatorū approbant: dicētes. Confi  
temini alterutrum peccata uestra: & orate pro īui  
cem ut saluemini. Ulcera Lazari canes ligūt Sācti  
etenim doctores dum gentiliū confessiones accipi  
unt: mentium uulnera saluti restituūt Vnde & be  
ne Lazarus īterprætatur adiutō. Quia & ipsi hūc  
ad erptionem iuuant: qui eius uulnera per linguā  
correctionem curāt. Potest etiam per linctiōnem  
canum: lata adulantium lingua signari. Adulan  
tibus etenim uulnera nostra lingere est: quod ple  
rique solent etiam ipsa mala quæ nos in nobis

reprehēdimus: improuo fauore laudare. Cōtigit  
uero: ut uterque moreretur. Diues qui iduebatur  
purpura & bysso: sepultus est in inferno. in sinum  
uero abrahæ Lazarus ab āgelis ductus est. Quid  
abrahæ sinus: nisi secretam requiem significat pa-  
tris: De qua ueritas dicit. Multi inquit ab oriēte  
& occidente uenient & recumbēt cum abraham. &  
ysaac. & iacob. in regno coelorum Fili autē regni  
eiciētur ī tenebras exteriores. Qui enim purpura  
īductus dicitur: recte regni filius uocatur. Qui de  
longī quo ad uidēdū Lazarū oculos leuat. quia dū  
per pditionis suæ supplicia īfideles īmo sūt: fide-  
les quosq; ante diē extremi iudicii supse in requiē  
attendūt: quorū post gaudia cōtēptari nūquam  
possunt. Longe uero est quod conspiciūt: qā illuc  
per meritum non attingūt. In lingua autē amplius  
ardere ostenditur: cum dicit. Mitte Lazarum ut ī-  
tingat extremū digiti sui in aquam: ut refrigeret  
linguam meam: quia crucior ī hac flamma. Infide-  
lis populus uerba legis ī ore tenuit: quæ ope ser-  
uare cōtempserit. Ibi ergo amplius ardebit: ubi se  
ostēdit scire quod facere noluit. Quapropter de do-  
ctis & negligētibus: per salomonem dicitur. Om-  
nis labor hominis in ore eius: sed anima illius nō  
īplebitur Quia q̄squis ad hoc solūmodo laborat:  
ut sciat quod loq; debeat: ab ipsa refectione suā sci-  
ētīæ mēte uacua ieiūat. ab extremo digito se tāgi

desiderat: quia æternis suppliciis datus: optat opera  
 tione iustorum uel ultima participari Cui responde  
 tur. quod in hac uita bona receperit. quia omne suum  
 gaudium foelicitatem transitoriam putauerit. Habe  
 re hic etenim possunt & iusti bona: nec tamem in re  
 compensatione recipere. quia dum meliora idest æterna  
 appetunt: eorum iudicio qualibet bona affuerint.  
 cum sanctis desideriis estuant: bona minime uidentur  
 unde dauid propheta qui regni diuiciis multisque  
 obsequiis fulciebatur. quauis & hæc ad necessitatem  
 bona esse conspiceret: uni tantum singulariter bono iniã  
 ter stuebat dicens. Mihi autem adherere deo: bo  
 num est. Inter hæc uero notandum est quod ei dicitur.  
 Memeto. Ecce enim abraham filium uocat. quem  
 tamen a tormento non liberat. Quonia huius infidelis  
 populi precedentes patres fideles quia multos a sua  
 fide deuisse considerant. eos nulla compensatione a tor  
 mentis eripuit: quos tamen per carnem filios reconos  
 cunt. In tormentis autem diues positus quique fratres  
 habere se peribet. quia superbus idem iudaicus popu  
 lus qui ex magna iam parte damnatus est: sequaces  
 suos quos super terram reliquit: quique se libis cor  
 poris deditos noiat. Quinario ergo numero fra  
 tres quos reliquerat: exprimit. quia eos ad spiritu  
 alem intelligentiam non assurgere in inferno po  
 situs: gemit. Petit ut ad eos Lazarus mittatur.  
 cui quia Moysen & Prophetas habeant dici

tur. Sed ait quia non credent: nisi quis ex mortuis  
resurrexit. cui protinus respondet. Si moysen & pro  
phetas non audiuit: nec si quis ex mortuis resurrexerit  
credet ei. Certe de moyse: ueritas dicit. Si cre  
deretis moysi: crederetis utique & mihi. De me enim  
ille scripsit. Impletur ergo quod per abraham: responsio  
ne dicitur. Ex mortuis enim dominus resurrexit:  
sed iudaicus ille populus quia moysi credere noluit:  
ei etiam quod resurrexit ex mortuis: credere contempsit.  
Cumque moysi uerba spiritualiter intelligere contempsit:  
ad eum de quo moyses loquutus fuerat: non peruenit.  
Hac nos fratres charissimi pro indagandis allego  
ria mysteriis succinctae transisse sufficiat. Nunc ad  
intuedam laicus rei gestae mortalitatem animis re  
currat. Homo quidam erat diues: & induebatur pur  
pura & bysso: & epulabatur quotidie splendide. Et  
erat quidam medicus nomine Lazarus: qui iacebat  
ante ianuam diuitis ulceribus plenus. Nonnulli putant  
praecepta ueteris testamenti districtiora esse: quam  
noui. sed hi nimirum inprouida consideratione fallun  
tur. In illo etenim non tenatia: sed rapina multatur.  
Ibi res iniuste sublata: quadrupli restitutione punitur.  
Hic autem diues non aliena abstulisse reprehenditur:  
sed propria non dedisse. Nec dicitur quia in quempiam  
oppresserit: sed quia in acceptis rebus se extulit. Hic  
ergo hinc summopere collegendum est: quae poena  
multandus sit qui aliena diripit: si inferni damnatione



pcutitur: qui propria non largitur. Nemo ergo se  
 curū se extimet dicens: Ecce aliena nō rapio: sed  
 cōcessis licite rebus fruor: q̄a diues iste nō idcirco  
 punitus est quoniā aliena abstulit: sed q̄a acceptis  
 rebus semetipsū male dereliquit. Hoc quoq; fuit q̄  
 hūc īferno tradidit: q̄a ī sua felicitate timidus nō  
 fuit: q̄a p̄cepta dona ad usū arrogātix inflexit: q̄a  
 viscera pietatis ignorauit: q̄a peccā sua redimere  
 etiā cum sibi abundaret p̄ciū: noluit. Et sūt non  
 nulli: qui cultū subtilium p̄ciosarumq; uestium  
 nō putāt esse peccatū. Quod si uidelicet culpa nō  
 esset: nequaquā sermo dei tam uigilāter exprime  
 ret: quod diues q̄ torquetur apud inferos: bysso &  
 purpura inductus fuisset. Nemo qppe uestimēta  
 p̄cipua nisi ad innanē gloriam quærit: uidelicet  
 ut honorabilior ceteris esse uideatur. Nā q̄a pro  
 sola iam gloria uestimentum quæritur: res ipsa te  
 statur: quod nemo uult ibi p̄ciosis uestibus in  
 dui: ubi ab aliis nō possit uideri. Quā culpā possu  
 mus melius etiam ex diuerso colligere: q̄a si abie  
 ctio uilis indumenti uirtus non esset: euangelista  
 uigilāter de Ioanne nō diceret. Erat īductus pilis  
 camelorū. sed notādū nobis magnoope more ueri  
 tatis de superbo diuite: & humili paupere: quātus  
 sit ordo narrationis. Homo q̄dam erat diues. Et  
 protinus subinfertur. Et erat q̄dā mendicus: noīe  
 Lazarus. Certe in populo plus solēt noīa diuitū:

quam pauperū sciri. Quid est ergo quod dominus de  
paupere & diuite uerbum faciens nomen pauperis dicit  
& nomen diuitis non dicit: nisi quod deus humiles nouit  
atque approbat: & superbos ignorat. Vnde & quibusdam  
de miraculorum uirtute superbis: in fine diciturus  
est. Nescio uos unde sitis: discedite a me omnes qui opera  
mini iniquitate. At contra moysi dicitur. Noui te ex  
noie. Ait ergo & de diuite. homo quidam. Ait de pau-  
pere. Egenus noie lazarus. Ac si apte dicat. Paupe-  
re humile scio: superbum diuitem nescio. Illud cognitum  
per approbationem habeo. Hunc per iudicium reprobatio-  
nis ignoro. Pensandum nobis est etiam: quanta conditor  
omnia consideratione dispensat. Vna etenim res: non pro  
una re agitur. nam ecce plenus ulceribus mendicus  
Lazarus: ante ianuam diuitis iacet. Quia de re una:  
dominus iudicia duo expleuit. habuisset etenim for-  
tasse aliquam excusationem diues: si Lazarus pauper &  
ulcerosus ante eius ianuam non iacuisset: si remotus fu-  
isset: si eius inopia non esset oculis inportuna. Rursus  
si longe esset diues ab oculis ulcerosi pauperis: mino-  
re tolerasset in animo tetrationem pauperis. Sed dum egenum  
& uulneratum ante ianuam diuitis & deliciis affluentis  
posuit: in una eademque re & ex uisione pauperis: non mi-  
serenti diuiti cumulū damnationis intulit: & rursus ex  
uisione diuitis tetradum quotidie pauperem probauit.  
Quantas namque hunc egenum & uulneribus obsessum te-  
tationes creditis in sua cogitatione tollerasse cum  
ipse egerit pane: & non haberet etiam salutem atque ante

se diuitē cerneret salutē & delicias habere: cum se  
 dolore & frigore affici: illum gaudere conspiceret  
 bysso & purpura uestiri: se deprimi uulnerib9 illū  
 defluere acceptis rebus: se egere illū nolle largiri  
 Quātus putamus fratres charissimi: tūc in corde  
 paupis tumultus tētationis fuit: cui certe poterat  
 ad poenā sufficere paup̄tas etiā si san9 esset. Rur  
 sus suffecisset egritudo: etiā si sanus adesset. Sed  
 ut probaretur āplius paup̄ simul hūc & paup̄tas &  
 egritudo tabefecit: atq; isup̄ uidebat procedentē  
 diuitē obsequētibus confulciri: & se īfirmitate & ī  
 opia a nullo uisitari. Nā qa nemo ei ad uisitandū  
 adderat: testātur canes q̄ licēter uulnera ligebāt.  
 Ex una ergo re oipotēs deus duo iudicia exhibuit:  
 dō lazarū paup̄ē āte ianuā diuitif iacere permisit:  
 & diues ipi9 dānationis sibi auget ulcionem: &  
 tentatus paup̄ cresceret ad remunerationē. Cōspi  
 ciebat ille quotidie cui nō miseretur: uidebat iste  
 de quo probaretur. Duo inferius corda: sed unus  
 desup̄ īspector: qa & hūc tētādo exercebat ad glo  
 riā: illū tollerādo expectabat ad poenā. Nam seq̄  
 tur. Factū est āt ut moreretur Lazar9: & portare  
 tur ab āgelis ī sinū abrahæ. Mortuus ē āt & diues  
 & sepult9 est ī inferno. Quia nimirū diues: eū cui ī  
 hac uita misereri nō uoluit: ī suo iā supplicio posi  
 tus patronū quarit. Nam ecce subiūgitur: qa ele  
 uās oclōs cū esset īn tormētif: uidit abrahā alōge:

& Lazarū in sinu eius: & ipse clamās dixit. Pater  
abrahā miserere mei: & mitte Lazarū ut intingat  
extremū digiti sui ī aquā: & refrigeret liguā meā  
ga crucior in hac flāma. O quāta ē subtilitas iudi  
ciorū dei. O quā <sup>districte</sup> agitur bonorū actuum:  
malorūq; retribucio. Certe superius dictū est: qā ī  
hac uita Lazarus cadētes micās de mensa diuitis  
quarebat: & nemo illi dabat. Nūc de supplicio di  
uitis dicitur: qā de extremo digito Lazari distilla  
ri aquā ī ore suo cōcupiscit. Hīc ergo hīc fratres  
charissimi colligite: qnta sit districtio <sup>seueritatis</sup>  
dei. Diues enī iste q uulnerato pauperi mēsa sua  
uel minima dare noluit ī īferno positus usq; ad mi  
nima quarenda puenit. Nā gutā aque petuit: q  
cas panis negauit. Sed notandū ualde est: qd sit q  
diues ī igne positus: liguā suā refrigerari petiit.  
Mos qppe est sacri elogi: ut aliquādo aliud dicat:  
sed ex eodē dicto aliud inuat. Sup̄iq; at hīc sup̄bū  
diuitē dominus nō loquacitati uacantem dixerat:  
sed sup̄flue conuiuantē. Neq; hīc de loquacitate  
narrauit: sed cum elatione & tenatia de adacitate  
peccasse. Sed qā habūdare ī conuiuiis loquacitas  
solet: is qā hic male cōuiuatus dicitur: apud infer  
nū grauius ī liguā ardere phibetur. Primū nāque  
male cōuiuantibus famulatur culpa loquacitatis:  
post loquacitatē etiā ludēdi leuitas seqtur. Nam  
qā adacitate lusus sequatur: testatur scriptura di  
uina quæ ait. Sedit ppl̄s manducare & bibere: &



surrexit ludere. Sed priusquam ad lusū moueatur  
 corpus: ad iocos & uerba inania mouetur lingua.  
 Quid ergo est quod inuitur: q̄a ī tormētis positus  
 diues liguā suā refrigerari postulat: nisi quod is q̄  
 conuiuādo magis de loquacitate peccauerat: p̄ re  
 tributionis iustitiā in lingua atrotius ardebat: Sed  
 cū graui ualde est pauore pensandum hoc quod ei  
 p̄ abrahæ respōtionem dicitur. Fili recordare : q̄a  
 recepisti bona in uita tua: & Lazarus similiter ma  
 la. Nunc hic cōsolatur: tu uero cruciaris. Ista fra  
 tres charissimi sētētia pauore potius indiget: quā  
 expositione. Nam siq̄ estis q̄ ī hoc mūdo exte  
 ris boni aliqd̄ accepistis: ipsū ut ita dicam exteri  
 donū ptimescere debetis: ne uobis quorundam ue  
 strorū actūū recōpensatione sit datū: ne iudex qui  
 hic bona exteriora restituit: a retributione boni ī  
 timi repelat: ne honor hic uel diuitie nō ad aumē  
 tū uirtutis: sed remuneratio sit laboris. Ecce enī  
 dū dicitur Recepisti bona ī uita tua: īdicatur & di  
 ues iste boni aliqd̄ habuisse: ex quo in hac uita bo  
 na recipet . Rursūq; dū de Lazaro dicitur q̄a rece  
 pit mala: profecto monstratur & Lazarū habuisse  
 malū aliquod quod purgaretur. Sed mala lazari :  
 purgauit ignis īopiæ: & bona diuifis: remunerauit  
 foelicitas transeuntis uitæ. Illū paupertas afflixit &  
 terfit: istū habūdātia remunerauit & repulit: Qui  
 cūq; ergo bene in hoc saculo habetis: cū uos bona

egisse recolitis: ualde de ipsis ptimefcite: ne cōcel  
sa uobis prospitas eorū dē remuneratio sit bonorū  
Et cū quoslibet paupes nōnulla reprēhesibilia per  
petrasse conspiciatis: nolite despiciere. nolite despe  
rare. q̄a fortasse quos supfluitas tenuissimā prauī  
tatis ignat: caminus paup̄tatis purgat. De uobis  
oīno ptimefcite: q̄a nōnulla etiā male acta: pros̄pa  
uita sequuta est. De illis uero solícite pensate: q̄a  
eorū uitā magistra paup̄tas cruciat: quousq; ad re  
stitudinem perducatur.

Segmentum ex euangelio Luca. xiiii. capite.

**I**N illo tēpore: Dixit dominus Ies̄s discipulis  
suis similitudinē hāc. Homo quidā fecit cenā  
magnā: & uocauit multos Et misit seruū suū hora  
cenā dicere iuitatis ut uenirēt: q̄a iā p̄tata sūt oīa.  
Et ceperūt omnes simul excusare. primus dixit ei.  
Villā emi & necesse habeo exire & uidere illā. Ro  
go te: habe me excusatū. Et alter dixit. Iuga boī  
emi q̄nq; & eo probare illa. Rego te: habe me ex  
cusatū. Et alius dixit. Vxorē duxi. & ideo nō pos  
sū uenire.

**H**omelia b̄ti gregoriū papā.  
Hoc distare fratres charissimi inter delicias  
corporis & cordis solet: q̄ corporales deli  
ciae cū nō habētur: graue ī se desiderū accendūt.  
Cū ergo habitae adūtur: comedentē protinus ī fa  
stidiū p̄ facietatē uertūt. At cōtra sp̄uales delicias  
cū nō habētur. ī fastidio sūt. cū uero habētur: ī de  
siderio. Tātoq; a comedēte āplius esuriūtur: quā

to & ab esuriētē āplius comedūtur. In illis appeti-  
tus placet: experientia displicet. In istis appetitus  
uilis est: & experiētia magis placet. In illis appeti-  
tus saturitatē: saturitas appetitū parit. Augēt enī  
spūales deliciae desideriū in mente dū faciāt: & qa  
quantomagis earū sapor percipitur: eo amplius co-  
gnoscitur quo auidius ametur. Et idcirco non ha-  
bita amari nō possūt: quia earū sapor ignoratur.  
Quis enim amare ualeat quod ignorat. Proinde  
psalmista nos āmonet: cū dicit. Gustate & uidete  
quoniā suauis est dominus. Ac si apte dicat. Sua  
uitatē eius nō cognoscitis: si hāc minime gustatis  
Sed cibū uitae ex palato cordis tāgite: ut probātes  
eius dulcedinē: amare ualeatis. Has autem deli-  
cias homo tunc āmisit: cum in paradyso peccauit.  
Extractus enim a cibo aeternae dulcedinis: os clau-  
sit. Vnde nos quoq; nati in huius peregrinationis  
erumna: huc fastidiosi uenientes: nescimus quid  
desiderare debemus. Tantoq; se āplius fastidii no-  
stri moribus exaggerat: quātomagis ab esu illius  
dulcedinis animus elōgat. Et eo iam īternas deli-  
cias nō appetit: quo eas comedere diu longeq; de-  
sueuit. Fastidio ergo nro tabecimus: & longa ine-  
die peste fatigamur. Et qa gustare ītus nolumus:  
patā dulcedinē amamus foris miseri famē nrām.  
Sed supna nos pietas nec deserētes se deserit. Cō-  
tetas illas delicias ad memoriā nostrae oclōs reuo-

cat: easque nobis proponit in promissione. Torpore  
excudit: atque ut fastidium nostrum repellere debeat  
mus iuitat. Homo quidam fecit cenam magnam:  
& uocauit multos. Quis iste homo est: nisi ille de  
quo per prophetam dicitur. Et homo est: & quis co  
gnoscat eum: Qui fecit cenam magnam: quia facietate  
nobis eterne dulcedinis preparauit. Qui uocat mul  
tos: sed pauci ueniunt: quia nonnunquam ipsi qui  
per fidei ei subiecti sunt: aeterno eius conuiuio ma  
le uiuendo contradicunt. Misit autem seruum suum  
hora cenae dicere iuitatis: ut uenirent. Quid hora  
cenae: nisi finis est mundi. In quo nimirum nos su  
mus: sicut iam dudum Paulus testatur dicens. Nos  
sumus in quos fines saeculorum deueniunt. Si er  
go hora iam cenae est cum uocamur: tanto minus  
debemus excusare a conuiuio dei. quanto propin  
quasse iam cernimus finem saeculi. Quo enim pensamus  
quod nihil est quod restat: eo debemus perire  
ne tempus gratiae quod praesto est: pereat. Idcirco  
autem hoc conuiuium dei non prandium: sed cena no  
minatur: quia post prandium cena restat: post cenam  
uero: conuiuium nullum restat. Et quia aeternum dei  
conuiuium nobis in extremo praeparabitur: rectum fu  
it: ut hoc non prandium: sed cena uocaretur. Sed quod  
per hunc seruum qui a patrefamilias mittitur ad inui  
tandum: nisi praedicatorum ordo signatur. De quo ui  
delicet ordine quauis peccatorum nostrorum ponderi  
bus grauemur: & nos tamen in istis diebus sumus



Et cum de ædificatione uestra uobis aliquid loquor  
 hoc est quod ago. Seruus enim sum: summi patrisfa-  
 milias. Cum uel amoneo ad cõtemptũ sæculi: iuita-  
 re uos uenio ad cenã dei. Nemo me propter me:  
 hoc i loco despiciat. Et si inuitandũ nequaquã di-  
 gnus appareo: sed tamen magnæ sũt deliciae quas  
 promitto. Sape fratres mei solet euenire quod di-  
 co: ut p̃sona potens famulũ habet despectũ. Cũq̃  
 per eũ suis forte uel extraneis aliquod respõsũ mã-  
 dat: nõ despicitur p̃sona loquentis serui: q̃a serua-  
 tur in corde reuerẽtia mittentis dei. Nec pensant  
 q̃ audiũt p̃ quẽ: sed qd uel a quo audiant. Ita ergo  
 fratres: ita uos uocite. Et si uos forsitan digne des-  
 picitis: in mente tamen uestra uocantis domini re-  
 uerẽtiam seruate. Conuiuã fieri summi patrisfam-  
 lias: libenter obedire. Corda uestra discutite: atq̃  
 ex eis mortale fastidium pellite. Ac repellendum  
 namque fastidium uestrũ: iam parata sunt omnia.  
 Sed si adhuc carnales estis: fortasse epulas carna-  
 les iquiritis. Ecce ipsæ carnales epulæ: in spiritua-  
 li uobis alimento cõuersæ sũt. Ad abstergendũ nã-  
 que mentis uestræ fastidiũ: in cena domini ille uo-  
 bis singularis agnus occisus est. Sed quid agimus  
 qui hoc quod subiungitur: adhuc fieri a multis sæ-  
 pe uidemus. Et coeperunt simul omnes excusare  
 Offert deus quod rogari debuit: non rogatus da-  
 re uult: quod uix esperari poterat: ut dignaretur  
 largiri postulatus: & tamen cõtẽnitur. p̃tas deli

cias refectiois aeternae denūciat: & tamē simul oēs  
excusāt. Ponamus ante oculos mentis minima: ut  
possimus digne pensare maiora. Si quispiā potens  
ad inuitādum quemlibet pauperē mitteret: qd fra-  
tres rogo quid paup ille faceret: nisi de eadē sua  
inuitatione gauderet: Responsum humilem redde-  
ret. uestē mutaret. ire quātotius festinaret: ne pri-  
or se ad potētis cōuiuū: alter occurreret. Homo  
ergo diues inuitat: & pauper occurrere festinat.  
Ad dei conuiuium inuitamur: & excusamus: Sed  
ecce in ter hoc extimare possū: quid sibi corda uŕa  
respōdeāt. Occultis enim fortasse sibi cogitationi-  
bus dicunt. Excusare uolumus ad illud firmā refe-  
ctiois conuiuū: & uocari: & puenire gratulamur.  
Loquētes uobis talia mentes uestrae uerū dicunt:  
si non plus terrena: quam coelestia diligūt. Si non  
amplius rebus corporalibus: quam spūalibus occu-  
pātur. Vnde hic quoq; ipsa excusatiū causa subiū-  
gitur: cū protinus subifertur. Primus dixit. Villā  
emi: & necesse habeo exire & uidere illā. Rogo te  
habe me excusatum. Quid per uillā: nisi terrena  
substantia designatur: Exiit ergo uidere uillam:  
qui sola exteriora cogitat propter substantiā. Al-  
ter dixit. Iuga boum emi quinque: & eo probare  
illa. Rogo te: habe me excusatū. Quia in qnq; iu-  
gis bouū: nisi quīq; corporis sensus accipimus: Qui  
recte quoq; iuga bouū uocati sūt: qa in utroq; sexu  
geminantur. Qui uidelicet corporales sensus quia

interne cōprehēdere nesciūt: sed sola exteriora co-  
 gnoscūt: & deserētes ītima ea quæ extra sūt tāgūt  
 recte p̄ eos curiositas designatur. Qui dū alienam  
 quærit uitā discutere sēp sua ītima nesciēs: studet  
 exteriora cogitare. Graue nāq; curiositatis ē uici-  
 um. Quæ dū cuiuslibet mētem ad iuestigādū uitā  
 proxime exterius ducit: sēp ei sua ītima abscondit.  
 ut aliena sciēs se nesciat. Et curiosi animus quāto  
 peritus fuerit alieni meriti: tanto fiat ignarus sui.  
 Propter hoc nāq; & de eisdem qnq; iugis boū dici-  
 tur. Eo probare illa. Rogo te: habe me excusatū.  
 Ipsa enī excusantis uerba a uicii sui significatione  
 nō discropāt: dū dicit. Eo probare illa. Quia uide-  
 licet aliquando p̄tinere probatio ad curiositatē so-  
 let. Sed notādū: q̄ & is q̄ propter iuga boū a cena  
 sui iuitatoris excusat: humilitas uerba p̄misit di-  
 cēs. Rogo te: habe me excusatū. Dum enī dicit ro-  
 go: & uenire cōtemnit humilitas sonat ī uoce: sup-  
 bia in actione. Et ecce hoc diiudicat prauus q̄sque  
 cū audit: nec tamē ea quæ iudicat: agere desistit.  
 Nam dum cuilibet peruerse agenti dicimus: con-  
 uertere. deum sequere. mundū relinque. ubi hunc  
 nisi ad dominicam cenam uocamus: Sed dum res-  
 ponder: ora pro me q̄a peccator sū: hoc facere non  
 possū: quid aliud agit: nisi & rogat & excusat: Di-  
 cēs nāq; quia peccator sum: humilitatem īsinuat.  
 subiungens autem cōverti non possū: superbiā de-  
 mōstrat. Rogādo igitur excusat: quia & humilita-

tem supducit i uoce: & supbiã exercet in actione.  
Segmentum ex euangelio Lucæ. xy. capite.

**I**N illo tēpore: Accesserūt ad dominū Iesū publicani & peccatores: ut audirēt illū. Et murmurabāt pharisei & scribæ dicētes. Quia hic peccōres recipit & māducat cū illis. Et ait ad illos pabolā istā dicēs Quis ex uobis homo q̄ habet cētum oues: & si p̄diderit unā ex illis: nōne dimittit nonagintanouē in deserto & uadit ad illā quæ pierat donec iueniat eā. & cum iuenerit eā; imponit i humeros suos gaudēs & ueniēs domū cōuocauit amicos & uicinos dicēs illis. Cōgrātulamini mihi: quia inueni ouē meā quæ pierat. Dico uobis: q̄ ita gaudiū erit i coelo sup uno peccōre p̄niam agente: quā supra nonagintanouē iustis q̄ nō idigēt p̄niam.

**H**omelia beati clementis.

**T**ēpus quod corpori meo ualde contrarium est: loqui me diu de expositione euāgelii lōga mora interueniēte: prohibuit. Sed quia lingua tacuit: ardere charitas nō cessauit. Hoc etenim dico: quod apud se unusq̄q̄ uestrū cognoscit. Plerūq̄ charitas quibusdam occupationibus prestratur: & integra flāgat in corde: & tamen non monstratur i ope. Quia & sol cū nube tegitur: non uideatur in terra: & tamē ardet i coelo. Sic esse occupata charitas solet: & itus uim sui ardoris exersit: & foras flammās operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendum tēpus rediit: uestra me stu



dia accendūt: ut mihi tanto amplius loqui libeat:  
 quāto hoc uestræ mētes desiderabilius expetant.  
 Audistis ī lectione euangelica fratres mei: q̄a pec  
 catores & publicani accesserūt ad redēptorem no  
 strū. & nō solū ad colloquēdū: sed etiā ad cōuescen  
 dū recepti sunt. Quod uidētes pharisei: dedignati  
 sūt. Ex qua re colligitur: q̄a uera iustitia cōpassio  
 nē habet: falsa iustitia dedignationē: quāuis & iu  
 sti soleāt recte peccōribus idignari. Sed aliud ē q̄  
 agitur typo sup̄bia: aliud quōd zelo disciplina. de  
 dignātur etenī: sed nō dedignātes. Desperāt: sed  
 non desperantes. Persecutionem cōmouent: sed  
 amātes. q̄a & si foris increpationes p̄ disciplinā exa  
 gnat: itus tamē dulcedinē p̄ charitatem seruant.  
 Praepōnūt sibi in aīo ipsos plerūq̄ quos corrigūt:  
 meliores existimāt eos quoq̄ quos iudicāt. Quos  
 uidelicet agētes: & p̄ diciplinā arguūt subditos: &  
 p̄ humilitatē custodiūt semetipsos. At cōtra hi q̄  
 de falsa iustitia sup̄bire solēt ceteros quos despici  
 ūt nulla īfirmitatibus mīa cōdescēdūt. Et quo se  
 peccatores esse nō credūt: eo deterius peccatores  
 sūt. De quorū profecto numero pharisei extite  
 rant: q̄ diiudicantes dominū quod peccatores sus  
 ciperet: a renti corde ipsum fontē misericordiæ re  
 prehēdebāt. Sed q̄a egri erāt: ita ut egros se esse  
 nescirēt: quatinus quod erāt agnoscerēt: coelestis  
 eos medicus blādis fomētis curat. Benignū padī  
 gma obicit: & in eorum corda uulneris tumorem

promit. Ait nāq. Quis ex uobis homo q̄ habet cē-  
tum oues: & si pdiderit unā ex illis: nōne dimittit  
nonagitanouē ī deserto: & uadit ad illā quæ perie-  
rat: Ecce mira dispensatione pietatis similitudinē  
ueritas dedit: quā & ī se homo recognosceret. Et  
tamen hęc specialiter ad ipsū auctore hominū p̄ti-  
neret. Quia enī cētenarius numerus p̄fectus est:  
ipse centū oues habuit: cū sāctorū angelorū substā-  
tiā & hominū creauit. Sed una ouis tūc periit: quā-  
do peccādo homo pascua uitæ derelinqt. Dimisit  
āt nonagitanouē oues ī deserto: q̄a illos sūmos ā-  
gelorū choros reliq̄t ī coelo. Cur āt coelū desertū  
uocatur: nisi q̄ desertū uocatur derelitū: Tūc autē  
celū homo deseruit: cū peccauit. In deserto at no-  
nagitanouē oues remāserant: quādo ī terra domi-  
nus unā quærebat. Quia rationabilis creatura nu-  
merus angelorū uidelicet & hominū: q̄ ad uidendū  
dominū cōditus fuerat: pereunte hoīe erat ī minu-  
tus. Et ut p̄fecta sūma ouīū adītegraretur ī coelo  
homo pditus quærebat in terra. Nam q̄ hic euā-  
gelista dicit in deserto: aliq̄ dicit in mōtib: ut si-  
gnificet ī excelsis. q̄a nimirū oues quæ nō pierāt:  
ī sublimibus stabant. Et cū iuenerit ouē: ip̄onit ī  
humeros suos gaudēs. ouē ī humeris suis ip̄osuit:  
q̄a humanā naturā suscipiēs: peccata n̄ra ip̄se por-  
tauit. Et ueniēs domū: cōuocat amicos & uicinos.  
dicēs. Cōgratulamini mihi: q̄a iueni ouē quæ pier-  
rat. Inuenta oue ad domū redit. q̄a pastor noster

repato homine: ad regnū coeleste rediit. Ibi ami-  
 cos & uicinos inuenit. Illos uidelicet angelorū cho-  
 ros q̄ amici eius sūt: q̄a uolūtate eius cōtinue ī sua  
 stabilitate custodiunt. Vicini quoq; eius sunt quia  
 claritate uisionis illius: sua assiduitate p̄fruuntur.  
 Et notādū q̄ nō dicit Cōgratulamini iuentæ ouī:  
 sed mihi. q̄a uidelicet eius ē gaudiū uita n̄ra. & cū  
 nos ad coekū reducimur: solēnitatē lætitiæ illius in-  
 plemus. Dico uobis: q̄ ita gaudiū erit ī coelo sup̄  
 uno peccatore p̄nia agente: quā supra nonagītano  
 uē iustos q̄ nō īdigent p̄nia. Cōsiderādū nobis est  
 fratres mei: cur dominus plus de conuersis pecca-  
 toribus: quā de stātibus iustis in coelo gaudiū esse  
 lateatur: nisi hoc ipsi quod p̄ quotidianū uisionis  
 experimentū nouim⁹. Quia plerūq; hi qui nullisse  
 oppressos peccatorū molib⁹ sciūt. stāt quidē ī uia  
 iustitiæ. nulla illicita p̄petrāt: sed tamen ad coele-  
 ste patriā: āxie nō āhelāt. Tātoq; sibi ī rebus licī-  
 tis usū prābēt: quāto se p̄petrasse illicita nulla me-  
 minerūt. & plerūq; pigri remanēt ad exercēda bo-  
 na præcipua: quia ualde sibi securi sūt: q̄ nulla co-  
 miserūt mala grauiora. At cōtra nōnūquā hi q̄ se  
 aliqua illicita egisse meminēt: ex ipso suo dolore  
 cōpūcti īardescūt: ad amorem dei seseq; in magnis  
 uirtutibus exercet. Cūctā deficiētia scī certaminis  
 appetūt oīa mūdi dereliquūt. Honores fugiūt: ace-  
 ptis cōtumeliis lætātur. Flagrāt desiderio: ad coe-  
 leste patriā anhelāt. Et q̄a se errasse a deo cōside-

rant: dāna pracedētia lucris sequentibus recōpen  
sāt. Magis ergo de peccatore cōuerso: quā de stā  
te iuxto gaudiū sit in coelo: qā & dux ī prelio plus  
eū militē diligit: qui post fugā reuersus hostē for  
titer pramit: quā illūq nūquā terga praubit: & nū  
quā aliqd fortiter fecit. Sic agricola illā amplius  
terrā amat: quā post spinas uberes fruges profert  
quā eā quā nunquā spinas habuit: & nunquā ferti  
le messē produxit. Sed iter hęc sciēdū est: qā sunt  
pleriq; iusti in quorū uita tātum est gaudiū: ut eis  
quālibet peccatorū pñia praponi nullatenus pos  
sit. Nā multi nullorū sibi malorū sūt cōscii: & tan  
ti ardoris afflictione se exerunt: ac si a peccatis oī  
bus coāgustētur. Cūcta etiā licita respuūt: ad aet  
pectū mūdi sublimiter accigūtur. Licere sibi nolūt  
omne quod licet: bona sibi āputāt: etiā cōcessa. co  
tēnūt uisibilia: iuisibilibus accedūtur. Lamētis gau  
dēt: ī cūctis semetipsos humiliāt. Et sicut nōnulli  
peccata operū: sic ipsi peccata deplorāt cogitatio  
nū. Quid itaq; istos: nisi iustos dixerī & poeniten  
tes: q se & in pñia de peccato cogitationes humili  
āt: & recti sēp in ope pseuerāt. Hic ergo colligen  
dū est: quātū deo gaudiū faciat: quādo humiliter  
plāgit iustus: sic facit in coelo gaudiū: quādo hoc  
quod male gessit per poenentiā damnat iustus.

FINIS